535
(578.)

Rath 535 & 578.

COMPENdium Doctrinæ

Christianę, quam omnes Pastores & Ministrj Ecclesiarum Dei in tota Vngaria & Transyluania, quæ incorruptum Iesu Christi Euangelium amplexæ sunt, docent ac profitentur.

†

In publicis Synodis Tartzalien. ac Thorden. editum & publicatum.

Indicem singulorum locorum in fine libelli additum reperies.

Annis Domini.
M. D. LXII. & M. D. LXIII.

Rath 535 4 578. 1

COMPENdium Doctrinæ

Christianę, quam omnes Pastores & Ministrj Ecclesiarum Dei in tota Vngaria & Transyluania, quæ incorruptum Iesu Christi Euangelium amplexæ sunt, docent ac profitentur.

†

In publicis Synodis Tartzalien. ac Thorden. editum & publicatum.

Indicem singulorum locorum in fine libelli additum reperies.

Annis Domini.
M. D. LXII. & M. D. LXIII.

I. PET. III.

CAeterum terrore illorum ne terreamini, neq; turbemini: Sed Dominũ Deum sanctificate in cordibus vestris. Sitis autem parati semper ad respondendum cuilibet petenti rationem eius spej, quæ in vobis est, cum lenitate & reuerentia, conscientiam habentes bonam: Vt in eo, quod loquũtur aduersum vos, tanq; maleficos, pudefiant qui incessunt vestram bonam in Christo conuersationem.

M.T. AKADÉMIA KÖNYVTÁRA
R 2002 - 2003
RÁTH GYÖRGY KÖNYVTÁRA

SERVI DEI AC

Ministri Ecclesiarum eius, quæ Euangelium Iesu Christi Filij Dei incorruptum in tota Vngaria & Trãsyluania amplexę sunt, Omnibus pijs ac benignis lectoribus Spiritum sanctificationis, discretionis & Sapientię verę precantur.

NOn vana curiositate, aut contendendi studio adducti compendium doctrinę christianę, quam Domini voluntate in Ecclesijs, curę nostrę cõmissis, sedulo tradimus ac inculcamus, in publicum damus: verum illud vt faceremus, diuinum mandatũ, multęq; ac valde necessarię causę impulerunt. Deus enim ipse per Apostolum iubet, vt parati simus cuilibet quærenti de spe nostra atq; doctrina reddere rationem. Cumq; multi maleuoli ministerium nostrum sanctum

calumniari, nobisq; notas hereseos inurere non desinant: ideò manifestè hoc compendium doctrinę, quã in nostris Ecclesijs syncera quietaq; cõscientia docemus, publicare coacti sumus, vt omnes in vniuersum videant & cognoscant, nos nihil clam comminiscí, neq; hereses ex Inferis suscitare, sed Domini veritatem, iuxta ipsius patefactionem, in omnibus sequi, scientes, nos de integro nostro Ministerio rationem reddituros principi pastorum, iusto iudici, Domino nostro Iesu Christo, cuius proprię sunt oues, nostręq; curę cõmẽdatę. Integro igitur & simplici corde subscripsimus doctrinę cœlesti, quę in scriptis ppheticis, et Apostolicis ac in symbolo Apostolorũ, ac reliquis symbolis primitiuę ac purioris Ecclesię exprẽssa habetur. Et ne de sensu nostro quispiã dubij aliquid cõcipere possit, libellum breuem addidimus, singulas partes doctrinę perspicue citraq; vllam ambiguitatem explicatas continentem: Quę omnia Ecclesię Domini verę atq; orthodoxę iudicio subijcimus, cuius nos vera membra genuinosq; ciues esse cõfidimus. Huic itaq; veritatis diuinę confessioni innixi, cupimus comparere ante Tribunal Domini nostri Iesu Christi: Cui & vos & nos ipsos commendamus.

SYMBOLVM APOSTOLORUM.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem Cœli & Terrę.

Et in Iesum Christum, Filium eius vnicum, Dominum nostrum. Qui cõceptꝰ est de Spiritu sancto, Natus ex Maria virgine, Passus sub Pontio Pilato, Crucifixus, Mortuus & sepultus, Descendit ad Inferos, Tertia die resurrexit à mortuis, Ascendit ad cœlos, Sedet ad

Dexteram Dei Patris ōnipotentis, Inde venturus est iudicare viuos & Mortuos.

Credo in Spiritum sanctum.

Credo Ecclesiam sanctam catholicam, Sanctorum communionem, Remissionem peccatorum, Carnis resurrectionem, Et vitam ęternam, Amen.

SYMBOLVM NICENVM.

Credimus in vnum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & inuisibiliū factorem Et in vnum Dominū Iesum Christum Filium Dei, de Patre natum vnigenitum, ideſt ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, genito, genitum non factum, ὁμοούσιον cōſubſtantialē Patri, per quē omnia facta ſunt, quę in cœlis, et quę in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit, incarnatus, humanatus (homo factus eſt) Paſſus eſt, & reſurrexit tertia die, Aſcēdit in cœlos, Venturus iudicare viuos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, Erat aliquando quando non erat, Et antequam naſceretur non erat: Et quia ex non extantibus (ex nihilo) factus eſt, aut ex altera ſubſtātia vel ſubſiſtētia, dicentes eſſe vel creatum, vel conuertibilem, mutabilem filium Dej, hos anathematiſat ſancta catholica & apoſtolica Eccleſia.

Hoc est symbolum primę generalis siue vniuersalis synodi, quę conuocata est ab Imperatore pijssimo Constantino in vrbe Nicea, anno Domini. 3. 24. contra Arrium & eius complices, negantes naturalem Domini nostri Iesu Christi Deitatem. Ac conuenerunt ex omnibus quę sub cœlo sunt nationibus Episcopi & viri excellentiores, 3 13. qui symbolum hoc vnanimi consensu conscripserunt, quo veterem fidei confessionem, necessitate magna impulsi, ex scripturis Canonicis illustrarunt.

Hanc alię vniuersales Synodi sequutę sunt, vt Constantinopolitana sub imperio Gratiani Cęsaris, anno Domini, 3. 84. Postea Ephesina, anno Domini, 4 34. Deinceps Chalcedonensis, anno Domini, 4 54. in quibus similiter à sanctis patribus symbola sunt publicata: Verum hijs nihil mutatum est in doctrina Apostolica, nec noui quicquam adiectum, quod prius ex scriptura sancta Ecclesię Christi non habuerunt, vel credidirunt: sed corruptionibus nouitatibusq; hęreticorum antiqua veritas, illustrata per symbola, prudenter, vtiliter & religiose est opposita.

Cum itaq; sancti patres in hoc nihil suo permiserint arbitrio, sed omnia ad scripturam Canonicam, tanq; ad verum fontem iudicij examinauerint, libenter & ex animo illorũ symbolis subscribimus.

Nominatim vero de symbolis illis priscis dumtaxat loquimur, non etiam de omnibus constitutionibus aut canonibus, quibus tantum tribuimus, quantum permittit scriptura Canonica, quam confitemur vnicum esse iudicandi, dicendi, agendiq; canonem.

SYMBOLVM CONSTANTINOPOLITANVM.

Credo in vnum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœ

li & terrę, visibilium omnium & inuisibilium.

Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei vnigenitum, ex Patre natum ante omnia secula, Lumen ex lumine, Deum ex Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui ꝓpter nos homines & ꝓpter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus ex Spiritu sancto & Maria virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, Passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secūdum scripturas. Et ascēdit in cœlos, & sedet ad Dexterā Dei Patris: Et iterum venturus est cum gloria g'o iu iudicare viuos & mortuos, Cuius Regni non erit finis.

Et in Spiritum sanctum Dominum viuificatorem, ex Patre procedentē, & cū Patre & Filio coadorādum & conglorificandū Qui loquutus est per ꝓphetas.

Et vnam sanctam catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Expecto & Resurrectionem Mortuorum: Et vitam venturi seculi: Amen.

FIDES VEL CONFESSIO fidei Ephesina Synodj.

Quemadmodum initio ex diuinis scripturis, & Sanctorum patrum traditione accepimus, breuiter dicemus, nihil ōmino fidei in Niçea à sanctis patribus expesitę addentes. Hæc enim

sufficiens est, cum ad omnem pietatis cognitionem, tum cuiusuis hęreticę prauitatis abdicationem.

Confitemur igitur Dominum nostrum Iesum Christum Filiũ Dei vnigẽitum, Deum esse perfectum, & hominem perfectum, ex anima rationali & corpore, ante secula quidem ex Patre secundum diuinitatem, postremis verò diebus eundem ipsum propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine, secundum humanitatem natum. Duarum siquidem naturarũ facta est vnio. Quapropter & vnũ Filium, & vnum Dominum confitemur. Et secundum hunc inconfusę vnitatis intellectum, sanctam virginem Deiparam esse confitemur: propterea quod Deus Verbum incarnatus & homo factus est, & ex ipsa conceptione acceptum ex ea templum sibi ipsi adunauit, Euangelicas verò, & Apostolicas de Domino voces, scimus viros Theologos, tanq; ad vnam personam pertinentes, ratione duarum naturarum, diuidere, & alias quidem, vt pote diuinitati competentes, ad diuinitatem Christi, Alias verò humiles, ad illius humanitatem referre.

Huic confessioni Cyrillus hęc subiungit verba:

Quum sacras istas vestras voces legissemus (nimirum in Synodo, in quam missa erat confessio) nosq; ipsos etiam ad hunc modũ sentire deprehendissemus (vnus enim

enim Dominus, vna fides, & vnũ baptisma) glorificauimus omnium seruatorem, mutuo nobis congratulantes, quod Ecclesię, cũ nostrę, tum vestrę, eadem habent, diuinis scripturis, & traditioni sanctorum patrum conuenientẽ.

CONFESSIO FIDEI Chalcedonensis Synodj.

Ex libro Isidori.

Post recitata Symbola Nicenę & Constantinopolitanę Synodorum, & interiectis verbis aliquot, mox in hęc verba definit sancta Chalcedonensis Synodus.

Consentientes sanctis patribus, vnum eundemq; filium confiteri Dominum nostrum Iesum Christum consona voce edocemus, pariter perfectum eundem in deitate Deum, & hominem verum eundem ex anima rationali, & corpore: secundum diuinitatem vnicus cum Patre naturę: secundum humanitatem eundem vnius naturę nobiscum, per omnia similem nobis, absq; peccato. Ante secula quidem ex Patre natum secundũ diuinitatem. in nouissimis verò diebus eundem propter nos, & propter nostram salutem hominẽ factum. Hunc vnum eundemq; Christum Filium Dominum vnigenitũ in duab⁹ naturis incõfusè, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter cognoscendum, in nullo naturatum differentias ꝓpter vnitatem perimendas, magis autem salua vtriusq; naturę proprietate, & in vnam

in vná personam, & in vnam substantiam concurrente, non in duabus personis partiendum vel diuidendum, sed vnum eundemq; filium vnigenitum Deum Verbũ, Dominum Iesum Christum: sicut ab exordio prophetę de eo, vt ipse nos erudiuit, & nobis patrum tradidit symbolum.

His ergo cum omni vndiq; diligentia & solicitudine à nobis ordinatis, statuit sancta & vniuersalis Synodus, aliam fidem nulli licere profiteri, aut docere, aut dicere aliter.

DE S. TRINITATE.

CAPVT. PRIMVM.

ARTICVL. PRIMVS.

Deum vnum esse.

CRedimus vnã esse diuinam Essentiam, quàm Deum appellamus, Non ideo tantum, quia rerum naturalium contemplatio & aspectus nos id docet, Sed multo magis, quoniam scriptura sacra nobis eius rej testis est. Rom. 1. Deu Eph

ARTICVL. II.

Vnum Deum tribus Personis non diuidi, sed distingui.

Scriptura sacra perspicuè nos docet, hanc diuinam Essentiam in tres personas verè esse distinctam,

Matth. 28. 1. Io. 5. nempe Patrem, Filium, ac Spiritumsanctum, quę tres personę sũt vnus Deus, æternus, infinitus, & Act. 17. Deut. 4. in se ipso perfectissimus.

Suntq; hę personę consubstantiales & coeternę, absq; vlla proprietatum aut relationum confusione: Itemq; absq; vlla inter se imparitate siue inęqualitate. sicut definijt Ecclesia ex Dei verbo contra Sabellium, Samosatenum, Arium, Nestorium, Martionem, Eutichem, & reliquos eiusmodi hęreticos, quorum furores toto corde execramur.

ARTICVL. III.

De æterna Dei Prouidentia.

Eph. 1. Matth. 10. Pro. 16. Nihil temerè & sine iustissimo Dei

mo Dei decreto accidere confitemur: tametsi Deus nullius omnino peccati sit author vel particeps. Eius enim tum potentia, tum bonitas tanta est, adeoq; comprehendi non potest, vt tum quoq;, cum Diabolum, vel prauos homines adhibet in opere aliquo perficiẽdo, quos postea meritò punit, ipse nihilominus bene iustèq; sanctum suum opus efficiat. Act. 2. Rom.

DE DEO PATRE
CAP. II.

ARTIC. PRIMVS.

De persona Patris,

Credimus in Deum Patrem, Iean cuius persona nec Filius est, vt po-

tè quem ab ęterno genuit: nec Spirituſsanctus, vt qui à Patre & Filio procedat.

ARTICVL. II.

Patrem eſſe Creatorem & conſeruatorem omnium rerum.

Is eſt, qui, quo tempore ej viſum eſt, omnia per æternum ſuum Filium, Patri cooperantem, è nihilo creauit, & ordine diſpoſuit: Quiq; etiam vi ſua infinita & conſubſtantialj, ideſt Spirituſancto, à Patre ac Filio procedente, omnia, pro ęterna ſua prouidentia, tuetur & adminiſtrat.

Gen. 1. Heb. 1. 11. Ioan. 1.

ARTICVL. III.

DE ANGELIS,

Credimus hunc ipſum condidiſſe

diſſe non tantum hunc mundum aſpectabilem, ideſt Cælum & terram, & omnia in eis cõprehenſa, ſed etiam Spiritus illos inuiſibiles, Quorum vni, ideſt hij, qui ſingulari conditoris gratia freti, in ſua integritate permanſerunt, ſunt beati ac felices Dei Angeli, ideſt nuncij, ad conſeruandos Electos: Alteri vero, ideſt Diaboli, cum exciderint abſq; vlla ſpe recuperandę ſalutis, idq; ſua ipſorum malicia, adiudicati ſunt damnationi ęternę, quę ipſos manet. 2. Pet. 2.

Itaq; Sadduceorum furores deteſtamur, qui negant vllos eſſe Spiritus ſubſiſtentes: Luc. 8. Matth. 22.

Item Manicheorum, qui arbi- Act. 23.

Augustin. con. Manichæos.

tantur Diabolos à seipsis ortos, & natura, non autem naturę corruptione malos esse.

ARTICVL. IIII.

Opera Trinitatis inseparabilia,

Sic tribus personis, Patri, Filio, Spirituiq; sancto suas distinctas proprietates tribuimus, vt, quod attinet ad prouidentiam, creationé ac gubernationem mundi, cęteraq; omnia, ad essentiam ipsam Dei pertinentia, nec Filium, nec Spiritumsanctum à Patre separemus.

DE IESV CRISTO vnico Dei Filio.

CAP.

CAP. III.

PRIMVS ARTICVL.

De Diuinitate Filij.

Credimus Iesum Christum, quatenus est Deus, esse filium Patris vnicum, ἀμήτορα, genitum non factum, vnum Deum cum Patre & Spiritusancto, cœternum, consubstantialem & omni ex parte Deo Patri suo æqualem.

)(sine matre. Ioh. 1. 14. 17. & 20. Rom. 9. Phil. 2.

ARTICVL. II.

Filium ab æterno constitutum esse vnicum Mediatorem inter Deum & Electos.

Is vnus est, quem Pater ab æterno naturę humanę participé facere statuit, vt per eum suos Electos conseruaret, idq; eo modo, qui sequitur.

1. Tim. 2. 2. Tim. 1. 1. Pet. 1. 1. Apoc. 13. Eph. 1.

Deus est perfectè iustus, & perfectè misericors.

Exo. 29. Ose. 5. 2. Cor. 6. Deus summè ac perfectè iustus est, Quod cum ita sit, sequitur, vt nullam iniquitatem probet, aut inultam relinquat. Idem præterea Exo. 34. summè ac perfectè misericors est. Vnde sequitur, omnia beneficia, quibus humanum genus afficit, Rom. 3. & 11. Gal. 2. 1. Cor. 4. ex mera ipsius gratia ac munificentia proficisci.

ARTICVL. IIII.

Deus est immutabilis.

Num. 23. Mal. 3. Deus in suis consilijs prorsus est immutabilis, nec in his falli aut impediri vllo modo potest, Quo fit, vt quicquid accidit, id ipse ab Eph. 1. Mat. 10. omni æternitate decreuerit. Id enim his

nim his consentaneum est, quę superius diximus de æterna ipsius prouidentia. Sup. art. 3. 1. cap.

ARTICVL. V.

Secundas causas Dei consilio non excludi.

Neq; vero hęc impediunt, sed potius stabiliunt causas secundas & intermedias, per quas omnia eueniunt. Deus enim cum ab æterno quicquid singulis momentis euenturum erat decerneret, simul etiam rationem ac viam decreuit, per quam ita euenire vellet: vsq; eò, vt etiamsi quid in causa secunda vitij reperiatur, nihil tamen in æterno Dei consilio vitii aut culpæ insit. 2. Sam. 12. 1. Reg. 12. Acto. 2. & 4.

ARTICVL. VI.

Hominem

De Creatione Hominis.

Hominem ad declarandam Dei Iustitiam & Misericordiam creatum esse.

Hominum alij beatam vitam ac salutem, alij sempiternam mortem ac miseriam consequentur, idq; propter Dei gloriam, vt passim sacrę literę testantur.

Itaq; cum neq; fortuitò quicquã accidat, neq; Deus vnq̃; cõsiliũ mutet, perspicuum est, Deum non modo pręuidisse, sed etiam ab ęterno decreuisse genus hominum, demonstrandę suę glorię causa, creare, alios quidem gratis seruãdo per misericordiam, alios verò iusto suo iudicio damnando.

Gen. 1. Isa. 8. Rom. 9. Eph. 1. Exo. 9. Rom. 9. 2. Tun. 2.

ARTICVL. VII.

Qua de causa primum hominem oportuerit purum creari.

Vt deus

Vt Deus hoc consilium exequeretur, oportuit primum hominem purum & bonum creari. Nam prętерquam quod Deus, qui summè bonus est, nihil nisi bonum potest efficere: si homo prauus & malus conditus fuisset, videretur Deus nullã habere potuisse satis iustam causam eius improbitatis puniendę, cuius ipse creator & effector fuisset. Gen. 1.

ARTICVL. VIII.

Oportuisse hominem puritate & integritate sua excidere.

Prætерea oportuit hominem ita creari bonum ac purum, ut esset tamen mutabilis, & de isto integritatis gradu (sua quidem vnius culpa) decideret. Nisi enim pecca-

peccatum ita ingressum esset in
Rom. 11. mundum, non haberet Deus tantum argumentum, neq; ad demonstrandam suam misericordiam in ijs seruādis, quos ad salutē destinauit: neq; ad declarandam
Rom. 9. suam iustitiam condemnandis ijs, quos meritis pœnis propter ipsorum peccata subijcere decreuit.

ARTICVL. IX.

Hominem à Deo purum ac bonum creatum esse.

Itaq; Dominus eo tempore, quo ipsi visum est æternum illud suum consilium exequi, creauit
Gen. 1. Eccl. 7. Eph. 1. hominem, tum marem, tum fœminam, ad imaginem similitudinemq;

nemq; suam, idest, iustitia veraq; sanctitate prędituin.

ARTICVL. X.

Quomodo sese primus homo cum uniuersa posteritate, tum primæ, tum secundæ Morti obnoxium fecerit,

Homo uero cum eiusmodi creatus esset, Diabolo tamen sese sua sponte, et nullo penitus cogente, coniunxit per peccatum, ideóq; se, totamq; suam progeniem, et priori et posteriori Morti obnoxium reddidit, ac propterea etiam his rebus omnibus, quę tum ad priorem, tum ad posterioré Mortem perducunt.

PECCATVM. Gen. 2. Rom. 5.

ARTICVL. XI.

Qua uia ad priorem Mortem peruenitur.

Humorum corruptio, et alia infinita

Aug. lib. 13. de ciuit. Dei cap. 2. 12. 13. 14.

infinita incommoda, ex Adam & Euę peccato, quasi gentilitio & hęreditario quodam iure proma-
Rom. 5. Heb. 9. nantia, vniuersum genus hominum priori morti, (ideſt migrationi animę ex corpore, mox in cinerem vertendo) obnoxium efficiunt.

ARTICVL. XII.

Priorem Mortem sempiternam esse non posse.

Hæc prior Mors sempiterna eſſe non poteſt. Ita enim saltè corpus vel mortem æternam, ideſt sempiternos cruciatus, quibus dignum eſt, effugeret, vel à perpetua illa felicitate, quę donum Dei eſt, excluderetur. Quod si ita accideret, certè ęternum illud Dei decretum

cretum de ęterna misericordia iuſtitiaq; ſua demonſtranda, irritum ac inane fieret.

ARTICVL. XIII.

Quæ via ad secundam Mortem deducat.

PECCATVM Originis, & LIBERVM Arbitrium.

Interior corruptio totius hominis, (totius, inquam, hominis, ità vt ne particulam quidem eius excipiamus) quam peccatum Originis vocant, eum ab ipſo conceptionis momẽto reum facit irę Dei, ac proinde poſterioris mortis, quę eſt æterna.

Etenim, (vt rem in pauca conferamus) ea corruptio nos ad omnem veri boni ſpeciem ineptos, imò etiam ab omni vero bono aGen. 6. 8. Pſal. 51. Ioh. 3. Eph. 2. Rom. 5. .erſos, & peccati ſeruos efficit.

Qua-

Quapropter præclarè sanè Augustinus, cum scriptura consentiens, Victa, inquit, vitio, in quod cedidit voluntate, cœpit carere libertate natura.

August. lib. 2. De peccatorum meritis & remissione.

Item, Laborant, inquit, homines inuenire in nostra voluntate, quod nostrum sit. & non ex Deo: & quomodo inueniri possit ignoro.

In Enchirid. ad Laurent. cap. 3.

Item, Homo libero arbitrio malè vsus, & se, & illud perdidit.

ARTICVL. XIIII.

Cuiusmodi arbitrij libertas homini post peccatum reliqua facta sit.

Interea tamen non inficiamur, tãtum lucis relictum esse hominibus, vt sint ἀναπολόγητοι, Neq; spolia-

) Inexcusabiles. Rom. 1.

spoliamus eos facultatibus naturalibus (vt potè quas non ademptas, sed corruptas fuisse dicimus, veluti ratione, iudicio, voluntate) quasi facti sint stipites: Imò ne liberum quidem arbitrium eis adimimus, si modo illud adijciatur. omnia ista nihil aliud esse, quam tenebras & odium aduersus Deum: Neq; liberi arbitrij nomine intelligamus facultatem aliquam naturalem cogitandi, volendi, faciendi vel bonum, vel malum, Sed potius voluntatem non coactam, quę tamen nihil nisi malum neq; velit neq; possit. Bonum enim scriptura longe aliter quam humana ratio definit. Adeò est natura

Rom. 1. Act. 14. 17.

Ioh. 3. 8. Rom. 8. 7. 1. Cor. 4. 2. Cor. 3. Phil. 2

hominis non regenerati, ideſt, nõ ſanati, nec per gratiam inſtaurati, nõ modo vulnerata ac ſauciata, ſed penitus corrupta & ſerua peccati, lubens ac voluntaria.

De perfect. Iuſtitiæ. Rectè igitur Auguſtinus, Per libertatem, inquit, factum eſt, vt eſſet homo cum peccato, Sed iam pœnalis vitioſitas ſubſecuta, ex libertate fecit neceſsitatem.

Lib. 3 ad Bonifacium Nec minus præclarè alibi teſtatur, Liberũ Arbitriũ, ita vt eſt ſeruum peccati, non valere, niſi ad peccandũ, Nempe, quod neceſſario quidẽ, ſed tamen ſpõte peccet.

ARTICVL. XV.

Summa doctrinæ de peccato Originis.

Quid ſit peccatum Originis. Itaq; peccatum originis, eſt vniuerſalis quędam labes ac corruptela totius humanę naturę, ab Adamo in omnes ipſius poſteros propagata, quęq; in ijs tria peccatorum genera quaſi fructus profundit.

1. Horum prima ſpecies complectitur omnẽ interiorem motũ ac cõceptum in intelligẽtia vel affectibus, etiamſi voluntas non conſentiat. Vult enim Deus tota intelligentia, tota anima, totoq; corde diligi: Nos autem antea oſtendimus, omnia hęc eſſe depravata.

2. Altera peccatorum ſpecies tum incidit, quoties voluntas cum motibus & affectibus conſentit.

3. Tertia verò, quoties reipsa exequi conamur, quod cogitamus ac volumus.

ARTICVL. XVI.

Quomodo Deus peccato hominis ad gloriam suam vtatur.

Hoc vnum ergo supererat, vt omnes homines in exitium ruerent: Verum Dominus, qui non tantum summè iustus est, sed etiã summè misericors, pro infinita sua sapientia, ab æterno decreuerat, quo modo omnia hæc mala ad insignem gloriam nominis sui conuerteret, ideſt, ad declarationem, partim infinitę suę bonitatis in eos, quorum salute ab æterno decreuit gloriam suam illustrare: partim

Rom. 3.

Rom 8. 9. Eph. 1. 6

partim summę suę potentię & irę, in iusta cõdemnatione vasorũ, quę sunt ad interitum comparata.

Nam pręclarè inquit Augustinus: Si omnes liberarentur, fore, vt absconditum esset, quod peccato debetur propter iustitiam: sin autem nemo liberaretur, fore, vt non appareret, quod per gratiam donatur.

Epist. 105. ad Sixtum.

ARTICVL. XVII.

DE MEDIATORE.

Iesus Christus est vnicus Mediator, à Deo constitutus ac promissus.

Modus ille, de quo diximus, vnicus est, nempe Mysterium incarnationis filij Dei, cum omnibus, quę cohęrent cum ipsa In-

carnationem.

Gen. 3 12. 18. & 20, Deut. 18. 2 Sam. 7. Mat. 11, Act. 13. 17. Rom. 2 Heb. p omnia.

Is igitur certis reuelationis gradibus fuit promissus, iam inde ab Adamo ad Iohannem vsque, Et à Prophetis ac Patriarchis annunctiatus, Atq; adeò diuersis figuris sub lege adumbratus. quemadmodum ista copiosè descripta sunt in veteris Testamenti libris, vt eorum seculorum homines seruarentur per fidem in Christum Iesum venturum.

VETERIS No. q3 Test. discrimen.

ARTICVL. XVIII.

Quæ sit conuenientia & quod discrimen Veteris & Noui Testamenti.

Itaq;, si rem ipsam spectamus, vnum sẽper fuit & erit fœdus

dus inter Deum & homines, nempe Iesus Christus.

Verum si quis circumstantias consideret, duo sunt fœdera siue Testamenta, quorum tabulas planè authenticas habemus, Nẽpe sacrã scripturam, siue Verbũ Dei.

Heb. 13. Rom 3. 1. Tim. 1. 1. cor. 10. Eph. 1. 1. cor. 1. Ier. 31. Heb. 8. 1oh. 4.

Vnum igitur vetus, Alterum nouum appellatur, idq; multo melius vetere, in quo videlicet Iesus Christus non nisi eminus proponebatur, vmbris & figuris tectus, quę ad ipsius Christi, tanquam solis aduentum euanuerunt.

ARTICVL. XIX.

CVR MEDIATOR HOMO.

Cur oportuerit Christum esse verum hominem, sed absq; peccato.

Oportuit huius fœderis ac reconcili-

conciliationis Mediatorem esse verum hominem, sed nulla, vel peccati originalis, vel altera quapiam labe infectum, sicut ex sequentibus rationibus intelligi potest.

1. Primum enim, cum Deus sit summè iustus, Et homo propter corruptionem sit iræ ipsius obnoxius, sicut paulo ante ostendimus, necesse fuit aliquem verè hominē existere, in quo ruina ista instaurata, genus humanum Deo reconciliaretur.

1. Tim. 2. Ioh. 1. Rom. 1 Gal. 1. Rom. 8. 1 Cor. 1. Heb. 11

2. Deinde, tenetur homo implere oēm illam iustitiam, quam Deus ab eo requirit, gloriæ suæ causa. Ex quo efficitur, oportuisse hominem aliquem existere, qui impleta

Matt. 3. Rom. 5 2. Cor. 5.

impleta omni iustitia Deo acceptus esset.

3. Tertiò, Vniuersi homines sunt infinita omnis generis peccatorum multitudine cooperti, ac proinde Dei maledictioni obnoxij. Oportuit ergo hominem aliquem existere, qui prorsus Deo satisfaceret, vt ej gratus esset.

Rom. 8. Act. 20 Isa. 63

4. Quartò, Nullus homo corruptus ista vel auspicari, ne dum cōficere potuisset, Imò verò proprij Mediatoris opera indiguisset, tantum abest, vt alios potuisset Deo conciliare, aut quicquā Deo iucundū ac gratum efficere. Consequitur ergo, oportuisse, vt hominum redemptor verè homo es-

Rom. 8 2. Cor. 5. Hec. 4 1 Pet 2 1 Ioh 2

rom 14 Heb 11

 set,

set, ideſt, verè humano corpore et humana anima præditus, ac nihilominus tamen integer et nulla prorsus peccati labe inq̃natus.

ARTICVL. XX.

Cur Chriſtum oportuerit verè Deum eſſe.

CVR MEDIATOR Deus. Ioh. 1. & alias ſepiſſ.

Eundem illum Mediatorem oportuit non tantum hominem, ſed etiam verũ Deum eſſe, ob eas ſaltẽ rationes, quas ſubijciemus.

Iſa. 43. Oſe. 13. Ider. 17.

1. Primum enim niſi verus Deus eſſet, ſeruator non eſſet, vt qui potius ſeruatore indigeret.

2. Deinde neceſſe eſt, vt coram iuſtitia Dei inueniatur proportio, inter peccatum, et peccati pœnam. Atqui ſi infinita eſt Dei maieſtas, quę peccato offenditur, peccatũ quoq; in-

quoq; infinitũ eſt, ac pœnam infinitam meretur. Ex quo efficitur, oportuiſſe, vt is, qui pœnam, tanquam homo lueret, ſimul eſſet infinitus, ideſt, verus Deus.

Ioh. 14. 2. cor. 5.

3. Tertiò, Cum ira Dei ſit infinita, nulla vis tanta fuit, ſiue Angelica, ſiue humana, quę tanto ponderi par eſſe potuerit, Oportuit ergo eum non hominem modo, ſed etiam verè Deum exiſtere, cui reſurgendum fuit, Diabolo, peccato, mũdo, morte deniq; ipſa, cum ira Dei coniuncta, profligatis ac ſuperatis.

4. Deus deniq;, vt incomprehenſibilem illam ſuam bonitatem patefaceret, noluit dumtaxat ſua

Rom. 5.

gratia

gratia peccatum nostrum æquare, sed longe etiam superare,
1. Cor. 15 Itaq; Adam ille primus, nostrorũ malorũ author, ita fuit conditus ad imaginem Dei, vt nihilominus terrestris esset sicut ipsius fragilitas reipsa comprobauit: è contrario verò, secundus ille Adam, idest, Iesus Christus, per quem liberamur, ita est verus ac perfectus homo, vt interea sit Dominus è cœ-
col. 1. 2. lo, idest verus Deus, in quo omnis plenitudo Deitatis corporaliter habitat.

Nempe, vt si Adami contumacia nos perterrefacit, Iustitia Iesu Christi nos multo magis confirmet. Et vitam, in Iesu Christo acquisi-

quisitam, speremus meliorem ea, quam in Adamo perdidimus, Tãto, inquam, meliorem, quanto Christus Adamo præstat.

ARTICVL. XXI.

Quomodo nostræ salutis mysterium fuerit impletum in Iesu Christo.

Agnoscimus igitur proprium illum vnicum & eternum Dei Patris filium, tempore à patre constituto, vt ratum esset fœdus illud, antiquis patrib. promissũ, & ore Isa. 7 Luc. 1 Prophetarum promulgatum, formam serui assumpsisse, idest verã Rom. 1 Ioh 17 Matth. 1. Luc. 1. hominis naturam, omnibus humanis infirmitatibus, excepto peccato, obnoxiam, conceptum in beatę Marię virginis vtero ex Spiritu sancto, Nulla viri actione inter-

interueniente.

ARTICVL. XXII.

VNIO DVArum naturarum.

Duæ naturæ, diuina & humana, in vnam personam unitæ, ab ipso conceptionis carnis momento.

Matt. 1. Lu. 1.

Fatemur personam Filii, ab ipso momento, quo caro ipsius concepta fuit, vnitam fuisse humanę naturę inseparabiliter, ita vt non sint duo Filij Dei, nec duo Christi, sed vnus sit proprie Dei Filius, Iesus Christus, verus Deus & verus homo: manentibus tamen ac distinctis vtriusque naturę proprietatibus. Nam diuinitas ab humanitate, vel è contrario humanitas à Diuinitate seiuncta, vel alterutra cum altera confusa, nulli nobis vsui esset.

ARTI-

ARTICVL. XXIII.

Maria virgo est mater Iesu Christi Dei & Hominis.

Itaq; Iesus Christus verus Deus & homo (ideſt, verè humana anima & humano corpore constans, ex virginis Marię, filię Danidis substantia, idq; virtute Spiritussancti composito) verè conceptus est, ac natus ex ea ipsa virgine, virgine, inquam, & ante & post partũ: eaq; omnia propter nostram salutem impleri oportuit. Matth. 1. Lu. 1.

ARTICVL. XXIIII.

Breuis descriptio, quomodo Christus salutem nobis attulerit.

Venit igitur in terras Christus, vt nos in cœlum eueheret: Pertulit nostro, Eph. 2. Matt. 11.

nostrorum peccatorum pœnas à momento conceptionis ad resurrectionem, vt nos ab his immunes essemus. Perfectè impleuit omnem iustitiam, vt nostram iniustitiam obtegeret: Patefecit nobis omnem Patris sui voluntatem, & verbis, & vitę exemplo, vt veram salutis viam nobis cõmonstraret.

1. Pet. 2.
Isa. 53.
Rom. 5.
Mal 3.
Act. 1.
Ioan. 15.

Deniq;, vt plenissimè satisfaceret pro peccatis nostris, quę in suos humeros recepit, Vinctus fuit, vt nos solueret: Damnatus, vt absolueremur: Affectus infinitis contumelijs, vt nos ab omni infamia eximeret: Affixus cruci, vt in ea crucifigeret peccata: Mortuus est, sustinens maledictionẽ nobis debitam

Isa. 53.
Col. 2.

debitam, vt vnica oblatione sui, semel facta, iram Dei in perpetuum pacaret: Sepultus est, vt verè mortuum esse constaret, & mortem vinceret in intimis ipsius penetralibus, ideſt, in sepulchro, in quo nullam sensit corruptionem, vt nobis liquèret, mortem ipsam ab eo mortuo superatam.

Gal. 3.
2. Cor. 5
Heb 10.
Act. 2.

Resurrexit victor, vt extincta sepultaq; omni nostra corruptione, renouemur in nouam, spiritualem ac æternam vitam: & nobis deinceps prima illa mors non sit peccati pœna, neq; ingressus in alteram mortem, Sed è contrario sit mortificationis nostrę complementum, aditumq; nobis ad ę-

Rom. 6 & alibi in plur. locis.
Phil. 1
Rom. 7.

ternam vitam patefaciat:

Deniq;, postq; resurrexisset, & confirmandę suę resurrectionis causa per quadraginta dies in hoc mundo esset commoratus, visibiliter ac reipsa ascendit supra ōnes cœlos, vbi sedet ad dextram Patris, possessionem ęterni Regni nostra causa adeptus, quorum etiam est vnicus Mediator & Aduocatus, gubernans Ecclesiam sancto suo Spiritu, quoadusq; numerus electorum Patris impleatur.

Ioh. 14.

1. Tim. 2. Heb. 1. Mat. 28. Eph. 4.

ARTICVL. XXV.

Quomodo Christus sese in cælum subduxerit, & tamen nobiscum adhuc versetur.

Arbitramur glorificationem attulisse corpori Iesu Christi īmortalitatem, cum summa gloria cōiunctam, non autem veri corporis naturam, suis dimensionibus circumscriptam, ademisse. Itaq; Christū dicimus naturam suam humanam, siue suum illud verum corpus à nobis verè ac reipsa abstulisse in cœlū, vbi permansurum est, donec veniat iudicaturus viuos & mortuos. Verum diuinę naturę respectu, & efficacię Spiritus sancti, (qua nos simus, non dimidi, sed totius & integri Christi, omniunq; eius beneficiorum participes, sicut mox dicemus,) agnoscimus eum esse, ac semper futurum præsentem cum suis ad consummationem vsq; seculi.

Luc. 24. Ioh. 20. Act. 1.

Matt. 28. Ioh. 16. Eph. 4.

 Mat. 26.

Mat.26. Hæc enim ipse suis verbis nobis confirmauit.

Epist.57. ad Dardanū. Præclarè igitur Augustinus, cū verbo Dei consentiens, monet, cauendum nobis esse, ne ita asseramus diuinitatem, vt veritatē corporis negemus: aut putemus consequi, vt quicquid in Deo est, vbiq; sit, quia Deus est vbiq;.

ARTICVL. XXVI.

Nullam aliam posse esse veram religionem.

In hoc nostrę redemptionis mysterio, quod humano iudicio cōprehendi non potest, Deus sese patefecit verum Deum, ideſt, summè iustum, & summè misericordem.

1. Summè iustum in eo, quod

summo iure vltus est omnia nostra peccata, in eo, qui sese pro nobis vadem interposuerat, ideſt in Iesu Christo. 1. Tim.2 1. Pet.2

2. Deinde, quod nos non agnoscit prō suis, nisi coopertos ac indutos eiusdem Iesu Christi innocētia, sanctitate, perfectaq; iustitia. 2.Cor.5 Rom.5 Col.1.

Ex aduerso verò sese summè misericordem declarauit, in eo, quòd cū toti essemus æternę dānationis rei, voluit tamen Filium suum assumere naturam nostram vt in eo inueniret modum pacandę iustitię suę, nobis videlicet eum gratis impartiendo, cum omnibus ipsius beneficijs, vt sua vnius bonitate ac misericordia fiamus æ- Rom.5 1.Cor.1 Rom.8

ternę vitę participes, Christo per fidem apprehenso, sicut mox à nobis dicetur.

1.Cor. 1. Gal. 1. Religio igitur omnis, quę aliud quicquam irę Dei opponit, quam vnicam innocentiam & satisfactionem Iesu Christi, per fidem apprehensi, Deũ spoliat perfecta sua tum iustitia, tum misericordia: Ac proinde falsa est, & ad fallendos homines comparata, sicut infra explicabimus, capite huius libri septimo.

DE

DE SANCTO SPIRITV.

CAPVT. QARTVM.

ARTICVL. I.

De persona Spiritussancti.

CRedimus in Spitusanctũ, qui est essentialis virtus Patris ac Filij, coęterna & consubstantialis, in quibus residet, & à quibus procedit, ita vt sit vnus Deus cum illis, persona tamẽ ab vtroq; distinctus, sicut rectè ex verbo Dei definiuit Ecclesia aduersus Macedonium, & alia eiusmodi monstra. Gen. 1. Ioh. 14. 16. Rom. 8. Act. 5. 1.cor. 12. Matt. 28. constantinopolitano modo.

ARTICVL. II.

De effectibus, qui in Spiritusancto proprie considerantur.

Gen. 1. Psal. 104. Eius vis et efficacia infinita sese exeruit in creatione et conseruatione omnium creaturarum iam inde à mundi initio, sed precipuè in hac tractatione à nobis æstimabitur ex his, quę efficit in filiis Dei, cuius videlicet dona secum adhuehit, vt eos faciat illorum participes, Ac vt paucis dicam, vt eos gradatim ad eum finem perducat, cui sunt ante iacta mundi fundamẽta destinati.

Rom. 8. 1. cor. 2. 1. Ioh. 2.

Eph. 1.

ARTICVL. III.

Sanctus Spiritus sola fide nos facit Christi participes.

Itaq; Spiritus sanctus is est, per quem Pater electos suos mittit in Iesu Christi filii sui possessionem, et in

et in eadem ipsos conseruat, ac consequenter facit eorum omniũ compotes, quę sunt ad salutem necessaria.

Sed necesse est in primis, vt idem Spiritus sanctus nos ad Iesum Christum recipiendum aptos et idoneos reddat. Id autem nobis præstat, cum intra nos creat & gignit, pro sua mera bonitate & misericordia, id, quod fidem vocamus, vnicum illud instrumentum, videlicet quo Iesum Christum oblatum aprehendimus, & vas vnicum, ad eum percipiendum comparatum.

Eph. 1. Phil. 1 2. Tess. 3. Ioh. 3.

ARTICVL. IIII.

Quibus medijs vtatur Spiritus sanctus ad fidẽ in nobis creandam ac conseruandam.

Vtitur Spiritusſanctus duobus ordinariis medijs, tum vt creet tum etiam vt indies magis ac magis corroboret inſtrumentum illud, quod fidem vocauimus: ita tamen, vt ſuam vim ad ea non transferat, ſed per ea dumtaxat operetur, Nempe, Prędicatione Verbi Dei, & Sacramentis, ſicut ſuo loco oſtendemus. Prius enim explicabimus, Quid ſit Fides illa tam prętioſa, et quęnam ſint ipſius effecta.

Matth. 28. Act. 6. Rom. 10. Iaco. 1. 2. pet. 1.

ARTICVL. V.

DE FIDE.

Quantopere neceſſaria ſit fides, & quid ſit?

Nos propter inſitam in nobis corruptionem ita aduerſum nos ipſos coniurauimus, vt ſi Deus nos

nos dumtaxat admoneret, fore, vt ſalutem noſtram in Chriſto inueniamus, ſimus eum ludibrio habituri, ſicut ſemper conſueuit Mundus.

Rom. 8. 1. cor. 2.

2. Cor. 1. 1. Ti. 16. Act. 3 Luc. 3

Quod ſi præterea id vnũ adderet, nos credendo in Chriſtũ Ieſũ percipere poſſe fructum vnici illius remedij, aduerſus mortẽ æternam comparati, ne id quidem nos iuuaret Nam, quantum ad hęc attinet, dici non poteſt, quantopere ſimus muti, ſurdi & cæci naturę ipſius vitio, nec minus difficile nobis fuerit velle credere, quam difficile fuerit cadaueri volare.

Pſal. 11. Iſa 6. Ier. 1. pſal. 40. Ioh. 8. Matth. 13. Ioh. 1. Eph. 5 Ioh. 13. Rom. 8.

Hic igitur neceſſe eſt, vt præter illa omnia bonus ille Pater cœleſtis

cœlestis, qui nos ad gloriam suam elegit, duplici gratia erga suos hostes vtatur: Et cum nobis annuntiat, se ita dilexisse mundum, vt
Ioh. 3 pro eo vnigenitum suum Filium dederit, ea conditione, vt quisquis in eum credit, non pereat, sed habeat vitam ęternam, pariter in nobis creet Fidem illam, quam à nobis flagitat.

Fides autẽ, de qua loquimur, non ea est, qua dumtaxat credimus, Deum esse Deum, & verum esse ipsius verbum: (habent enim
Iac. 2. ipsi quoq; Diaboli hanc fidem, & eo magis tremunt) Sed fidem appellamus cretam quandam scientiam, quam Spiritus sanctus sua vna

vna gratia ac bonitate magis ac magis insculpit cordibus Electorum: Qua scientia fit, vt eorum vnusquisq; in corde suo certior factus suę electionis, sibi ipsi applicet promissionem salutis in Iesu Christo. 1. Cor. 2. Rom. 8

Fides, inquam, non tantum credit Iesum mortuum fuisse ac resurrexisse pro peccatoribus: sed etiam amplectitur Iesum Christũ, in quo vno confidit, qui verè credit, & ita certus est suę salutis, vt, quod eius fieri potest, de ea nihil dubitet. Rom. 8. Heb 10. 1 Ioh. 4. Eph. 3

Rectè igitur Bernardus cum verbo Dei prorsus consentiens, Si credis, inquit, peccata tua non posse Serm. primo de Annuntiatione.

posse deleri, nisi ab eo, cui soli peccasti, & in quem peccatum nō cadit, bene facis: sed adde adhuc, vt & hoc credas, quia per ipsum tibi peccata condonantur. Hoc est testimonium, quod perhibet in corde nostro Spiritus sanctus dicēs, Dimissa sunt tibi peccata tua.

ARTICVL. VI.

Quod sit veræ fidei obiectum, & quæ eius efficacia.

Cum Christus sit fidei scopus, Christus, inquam, qualis in verbo Dei nobis proponitur, duo consequūtur magnopere digna, quę ab omnibus obseruentur.

Rom.10. Mar.16. Rom.1 1.pet.1 Gal.1.

Vnum, Vbicunq; nullum verbum Dei extat, sed humana dūtaxat au-

at authoritas, ibi nullum esse fidei locum, sed somnijs & opinionibus, quę nos non possunt non decipere.

Alterum, Fidem amplecti, ac sibi vt proprium asserere Iesum Christū, & quicquid ei inest, quoniam videlz nobis possidendus offertur, cum hac conditione, si credamus in eum.

Ioh.17. Rom.8 1.Cor 2

Ioh.1.

Itaq; duorum alterum necessarium est, Nempe, vt vel non insit Christo quicquid ad salutem nostram requiritur. Aut, si omnia in eo insunt, is ōnia possideat, qui Christum per fidem possidet. Atqui prius illud nemo sine insigni blasphemia dixerit. Quoniam

cipes, quę quidem nobis imputata, prorsus sufficiunt ad hoc, vt coram Deo absoluamur, & pro iustis censeamur,

ARTICVL. VIII.

Certum esse suæ salutis per Christum, fide apprehensum, nihil minus esse quàm arrogantiam.

Rom. 3 4 8 9
Eph. 3,
Heb. 10.
1. Ioh. 4. 9.
1. Cor. 4. 9.
Tit. 3.

Ex hoc efficitur, nõ modo nõ esse arrogantis hominis, nihil dubitare de sua salute, sed etiam è contrario sola hac ratione homines omnem arrogantiam deponere, vt omnem gloriam Deo tribuant. Fides enim vna nos docet, quasi ex nobis migrare, ac plane cogit nos agnoscere, nihil nobis inesse, præter damnationis causas & argumentum. ideoq;

oq; nos ad vnum Christũ ablegat, per cuius solam iustitiã nos certiores facit salutis à Deo obtinẽ dę, quoniam videlicet quicqd Iesu Christo inest, (inest autẽ sũma & absolutissima iustitię perfectio, tũ quia peccatũ in eo nullum est, tum etiã, quoniam oẽm legis iustitiã impleuit) nobis imputatur, perinde ac si propriè nostrũ esset, si modo per fidem ipsum amplectamur

Ideo pulchrè Bernardus, Gliã, inquit, nostra hęc est, non quidem tale testimonium, quale superbus ille phariseus habebat, seducta & seductrice cogitatione testimonium phibens de semetipso, & testimoniũ eius verum non erat: sed cũ

Serm. 1. de Anunctiatione.

Spiritus testimoniũ perhibet spiritui nostro.

ARTICVL. IX.

Fidem inuenire in vno Christo quicquid ad salutem requiritur.

Dignum autem est hoc argumentum, quod sigilatim explicetur, vt sciamus, An per fidem appræhẽdatur satis idoneum remedium, quò freti possimus vitam ęternã certò sperare, quemadmodum scriptum est, Iustum ex fide sua victurum,

Aba.3 Rom.1 Gal.3

Dicimus igitur, Quicquid impedit hominem, quo minus illi cũ Deo conueniat, ad tria capita posse reuocari: Quibus totidẽ parata remedia nanciscimur, non in nobis ipsis,

bis ipsis, sed in vno Iesu Christo Ioh.17 Ità tamen, vt nihil magis propriè sit nostrum quam Christus: Et qc quid Christi est, si modo per fidem cum eo vniti ac coniuncti societatem vna coiuimus.

Hæc enĩ causa est, cur Ecclesia, ideſt fidelium cœtus, vocetur sponsa Christi, cui tanq; marito nupsit, Nempe vt melius appareret arctissima illa societas ac coniunctio, quę inter eum, & fideles intercedit. Nam huius societatis ac spiritualis coniungi ea lex est, vt omnes nostras miserias in se recipiat, Nos autem è contrario omnes bonorum thesauros ex bonitate ac misericordia ipsius percipiamus,

Rom 7.8 1.Cor.11. Iph 5.

piamus, ſicut ex hijs, quę ſubijciemus, inteligi facile poterit.

ARTICVL. X.

PRIMA tentatio.

De primæ tentationis primo inſultu, in quo nobis innumerabilia peccata noſtra proponuntur: & vnico remedio quod in vno Ieſu Chriſto aduerſus hunc inſultum per fidem inuenitur.

Nunc igitur ꝓpius cõſideremus, an in vno Ieſu Chriſto poſſimus certa remedia nãciſci, aduerſus oẽs Sathanę & cõſcientię noſtrę inſultus.

Primum omninm Sathan, & conſcientia noſtra, vt nos penitus indignos eſſe probent, qui ſeruemur, digniſſimos autem qui pereamus, nobis ob oculos ponunt Dei naturam ſummè iuſti, & omnium ſcelerum capitalis hoſtis

hoſtis ac vindicis. Quod cum ita ſit, et ſatis conſtet, nos infinitis ſceleribus eſſe coopertos, quid aliud nobis meritò expectandum, quam peccati ſtipendium, id eſt Mors æterna? Rom. 5. 6.

Quid autem poterunt miſeri mortales aduerſus hanc Sathanę, & conſcientię ſuę concluſionem opponere? Nihil profecto, quod vllius ſit momenti, præter id vnum, quod mox dicemus.

Nam primũ omnium ſi preterita Dei iuſtitia ad eius miſericordiã cõfugerint, ſeipſos decipiunt. Certiſſ. enim eſt, Deũ ita eſſe miſericordẽ, vt interea ſummam ipſius iuſtitiã oporteat nos ꝓfiteri: qua

de rediximus paulo ante, articul. XXVI. tertij capitis.

Sin autē tegendis nostris pectis libeat ad Sanctorum merita (vt vocant) confugere, primum omnium magnam eis iniuriam facimus. Dauid enim clamat: Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Et alibi confitetur, opera sua ad Deum vsq; non peetingere.

prima ratio aduersus merita sanctorum.

psal 143.

psal.16.

Paulus verò quid commemorat de Abrahamo illo fideli, atq; adeò fidelium patre? Si Abraham, inquit, ex operibus iustificatus fuit, habet de quo glorietur, at non apud Deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, et imputatum est ei ad iustitiam.

rom. 4.

Imò

Imò quid sit de seipso refert Paulus? Sanè, inquit, nullius mihi sum conscius, sed non in eo iustificatus sum.

1. cor. 4.

Quomodo igitur poterimus pro nostrorum peccatorum satisfactione proferre vlla Sanctorum merita, cum ipsimet Sancti non aliò confugerint, quam ad vnam misericordiam Dei, per Christum reconciliati?

phil. 3.

secunda ratio.

Præterea, Etiamsi Sancti suis meritis vitam æternam essent adepti, (quod tamen falsum esse ex eorum scriptis constat) Nōne iam persoluta esset ipsis meritorum merces? Quo iure igitur iterum illa coram Deo proferamus?

Nam si quis excipiat, tantum illos habuisse meritorum, vt aliquid etiam supersit, quod alij possint mutuari, Nonne id perinde est, ac si vniuersam scripturam falsi accusaret? Imò nonne id perinde est, ac si dicat, Sanctos illos morte Christi nihil indiguisse, cũ satis superq; meritorum in sese habuerint?

Tertia Ratio

Sed, age, etiamsi daremus, qđ petunt aduersarij, Sanctorũ merita superabũdasse, Quo tamẽ iure existimabimus illa ad nos pertinere? An quia nos ita esse somniamus? aut quoniam pecunijs illa redemimus? Atqui satis constat, quam acerbe Petrus Simonem illum

Quarta Ratio.

Act. 8.

illum Magum, spiritualia mercantem reprehenderit. Pecunia, inquit, tua tecum pereat, qui existimaris Dei dona pecunijs comparari.

En quomodo Sanctos eo ipso afficimus contumelia, quo maxime volumus eos colere.

Quod si nullus hic locus est Sãctorum operibus, quid tandem aut in nobis, aut in quoq̃; alio comperiemus, quo aduersus illum Sathanę insultum satis simus instructi?

Sed vt semel istis falsis imaginationibus occurratur, age, sequẽtes rationes expendamus.

Primò.

Primò, Nonne penitus insanũ eum esse iudicaremus, qui obrutus ære alieno, propterea se nihil creditoribus debere serio contenderet, quod somniasset, vel sese, vel alium quempiam suo nomine illis satisfeciisse? Atqui non aliter agimus cum Deo, quoties in vnius Christi satisfactione non acquiescimus. Cætera enim omnia quo tandem fundamento nituntur? quidue sunt aliud, quam vana hominum somnia? quasi Deo arrideat, quicquid nobis lubet?

Nos igitur è contrario audiamus, quid filius Dei ore suo pro-
Matt. 7. 15. nuntiet: Fruſtra, inquit, me colũt, obseruantes hominum mandata. Et ali-

Et alibi, cum inquit: Apparetis coram me, ecqui ista requisiuit ex manibus vestris? Isa. 1.

Secundò, Cum dicimus nos in vna Dei misericordia confidere, et nihilominus arbi ramur nos illi, vel penitus, vel aliqua saltem ex parte satisfeciisse, an non tantum ipsius misericordię derogamus, quantum ipsi nobis arrogamus?

Tertiò, Quisq; s in vno Christi merito non acquiescit, & aliud quodpiam cum eo coniungit, an non perinde facit, ac si apertè clamaret, Christum non esse Iesum, Gal. 2. id est, seruatorem, nisi aliqua ex parte?

Quartò, Quoties eo impudentię

dentię deuenimus, vt audeamus irę omnipotentis Dei opponere hominum opera, in quibus tántũ in eſt labis, etiáſi excellentiſſima quęq; ſumas, an non hoc eſt Deũ ſua ꝓfecta iuſtitia, ac proinde ſua quoq; Diuinitate, quantum in nobis eſt, ſpoliare? Ideo clamat Dauid, Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo.

Luc. 17.

Rom. 3.

Pſal. 143.

Reſponſio ad Sathanę argumentum.

Diſcamus igitur ad Sathanę argumentum alio prorſus modo reſpondere, iſto videlicet: Tu hoc prĩcipium ſumis Sathan, Deum eſſe ſummè iuſtum, & omnium ſcelerum vltorem. Hoc ego ita eſſe concedo: Sed aliud quiddam adijcio, quod & ipſũ iuſtitię cõue-

cõuenit, & à te eſt prætermiſſum, Nempe, Cum Deus ſit ſummè iuſtus, non ferre iuſtitiam ipſius, vt vnum idemq; debitum bis ſibi perſolui velit.

Deinde, Illud quoq; minime inficior, quod aſſumpſiſti, Merimirum infinitis peccatis totũ ſcatêre, quib. mors ęterna debeatur. Sed hic rurſum adijcio, quod malitioſè pręterijſti, Deum videlicet omnes meas iniquitates ſeueriſſime & ſummo iure vltum eſſe in Ieſu Chriſto, qui meo nomine ſeſe puniendum Patri exhibuit.

II. Memb. Reſpon.

Itaq; concluſionem colligo tuę prorſus contrariã: Quãdoquidem Deus iuſtus eſt, neq; bis idem debi-

Concluſio.

Rom 3
1. Pet. 2
2. Cor 5
Rom. 5
Phil. 2
Rom. 8

debitũ vult ſibi perſolui: & Chriſtus Ieſus Deus & homo infinitę Dei Maieſtati infinita ſua obedientia ſatisfecit, ex his poſitis conſequi, fieri iam non poſſe, vt iniqtates meę animum meum concuciant, vt pote quę ſint penitus deletę & expunctę Chriſti sãguine, vt in rationem coram Deo nunq; veniant. Eſt enim Chriſtus pro me factus execratio, mortuus iuſtus pro iniuſtis,

Col. 1.
Gal. 3.
1 pet. 2.

Aliatentatio.

Hic vero non dubium eſt, qn Satan nobis ob oculos ponat varias afflictiones, & mortem ipſam, quaſi ſint totidem teſtimonia, Deum nobis peccata noſtra non cõdonaſſe.

Rom. 5
Eph. 5

Sed

Sed duo ſunt, quę reſpondeamus

Vnum, Quamuis afflictiones omnes, & mors ipſa per peccatũ introierint in mundum, Deum tamen nõ ſemper eo reſpicere, quoties nos affligit: ſicut liquèt poteſt in hiſtoria Iobi, & aliorum multorum.

Iob 9.
1. pet. 2
Luc. 13.

Habet enim Deus vàrias ac multiplices cauſas, quibus glorię ſuę conſulit, & ſuorum ſaluti, vt dicemus vltimo articulo quarti huius capitis.

Alterum eſt, Deum ne tum quidem, cum ſuos affligit propter ipſorum peccata, & eos mortis doloribus inuoluit, aduerſus illos ſuc

1 hi 6

E cenſere,

censere, tanq̃; iudicem, ad eos dã-
2. Cor 6. Heb. 12. nandos paratum, sed vt patrem
2. Sam 7. clementissimum, qui filios suos
castiget, ne pereant, vtq; exem-
1. Sam. 11. plo in vnum quempiam edito, mul
tos ad frugem reuocet.

ARTICVL. IX.

De remedio, quod vna fides in vno Christo nanciscitur aduersus alterum eiusdem tentationis insultum, positum in eo, quod nusquam in nobis extet iustitia illa. quam Deus meritò à nobis requirit.

SECVNDA Tentatio. Secundus insultus, quo nos Sathan adoritur, argumento à nostra indignitate sumpto, est eiusmodi.

Non satis est non peccasse, vel
Deut. 27. Gal. 3. Rom. 4. ꝑ suis peccatis per alium satisfecis
se: Sed præterea requiritur perfec-
ta Legis

ta Legis præstatio, Idest vt Deum & proxĩm ꝑfectè dilexerimus. Af fer igitur, obijciet Sathan miseris nostris conscientijs, iustitiam istã, aut agnosce te nòn posse iram ac maledictionem Dei effugere.

Cæterum aduersus hunc insultum quod tandem præsidium in vllis hominibus inueniemus, vno Christo excepto? Requiritur enim hic perfecta obedientia, quã quidem nemo vnq̃; homo, præter Christum Iesum præstitit.

Hic igitur rursum discamus Remedium.
nobis per fidem applicare alterum hunc Christi thesaurũ, idest ip sius iustitiã. Scimus enim hunc vnũ Matt. 3 Phil. 2
esse, qui oẽm iustitiã ĩpleuit. Quo- Isa. 55

am & Patrem perfectissime dilexit ac reueritus est, Et hostes suos adeo pfectè amauit, vt sustinuerit etiam maledicto pro eis fieri, ideſt, iram sustinere, vt hac ipsius perfecta & omnibus numeris absolutissima iustitia induti, vt pote quę per fidem nobis imputatur, Deo accepti simus, vt Christi fratres & cohęredes.

Rom.5

Eph. 1 Ioh 1 20

Hic verò prorsus necesse est, vt, quantumquidem ad hunc insultum attinet, Sathan penitus obmutescat Si modo fidem illam habemus, quę nobis Iesum Christum, cum omnibus ipsius thesauris applicat,

Rom.8.

ARTICVL. XII.

De tertio

De tertio eiusdem tentationis insultu, Quod natura simus corrupti, ac proinde Deo exosi.

Supereſt Sathanę in hac tentatione quidam prętera insultus, ex nostra indignitate sumptus. TERTIA tentatio.

Nam obijciet Sathan, Etiamsi in Christo Iesu satisfeciſti pœnę, quam peccata tua merebantur, & eiusdem iustitiã induisti per fidẽ, nihilominus tamen diffiteri non potes, quin sis natura deprauata, adeó, vt omnis vitij semen tibi sit insitum. Qua fronte igitur audebis comparere coram Dei maiestate, capitali omnium sordium hoste, & ipsorum etiam cordium scrutatore?

Rom. 7.

1. Ioh. 4

Nos vero aduersus hunc in

Remedia.

sultum nusq̃; alibi, quam in vno Iesu Christo prõptum remedium inueniemus, in quo possimus acquiescere.

Est autem eiusmodi responsũ, quod nobis Christus in hac tentatione suppeditat. Nos quidẽ inclusos adhuc teneri corpore isto mortali, quo fit, vt non faciamus bonum quod volumus, & adhuc sentiamus peccatũ in nobis habitãs, & carnem aduersus Spiritum decertantem, adeò, vt & corpore, & animo aliquatenus in illo vetere luto hęreamus,

Rom.7°

Gal.5.
Rom.7
Phil.3

Verum quoniã per fidem sumus Christo vniti & incorporati, & in eodem radicati & insiti, in quo

Eph.4.
1 Cor. 6.
Col.2.
Rom.6

quo natura nostra à primo momento, quo conceptus est in Mari ę virginis vtero, multo fuit pleniore sanctificatione instaurata, quam olim, cum in Adamo pura conderetur, (fuit enim Adamus dumtaxat conditus ad imaginem Dej, Christus autem verus Deus carnem nostram assumpsit, ex Spiritu sancto conceptam) idcirco sanctificatio ista naturę humanę in Christo, nobis per fidem imputata, effecit, vt reliquię corruptionis illius, quę in nobis, etiam regeneratis, insident, in rationem non veniant coram Deo, propterea, quod Christi sanctimonia absorbentur, ac sepeliuntur:

Mat.1.
Luc.1
Hb.2
Rom.5
Gen.1.
1.Cor.15.

Rom.8

Cihisti, inquã, cuius robur ad nos sanctificandos coram deo ĩfinitis partibus superat corruptiõis vires, ad nos polluendos.

ARTICVL. XIII.

De remedio aduersus secundam tentationem, in qua quæritur, An fidem habeamus.

Ad ea, de quibus diximus, excipiet Sathan, Christi mortem nó prodesse omnibus peccatoribus, cum innumerabiles pereant.

Nos vero vicissim regeremus. Solos quidem fideles Christi passionis ac sanctificationis esse participes. Sed tantum abesse, vt propterea despondeamus animũ, vt è contrario nulla res æquè nos consoletur, quoniam scimus fidem intra nos

Rom. 8. 1 Cor. 2. 1. Ioh. 4.

tra nos esse, fidem, inquam, illam, qua non modo in genere & confusè credimus Iesum venisse, vt mundi peccata tolleret: sed nobis ipsis sigillatim Christum applicamus, adeò, vt vnusquisq; nostrum ità apud se ratiocinetur, Ego sum in Iesu Christo, Ideoq; non possum perire.

Rom. 8. 1. Cor. 2. 1. Ioh. 5.

Hic verò, vt possimus certũ fundamentum substernere superioribus victorijs, & alterã istam tentationẽ fortiter superare, quęretur, Fidem habeamus nec ne?

Porrò hęc controuersia non aliter potest à nobis explicari, quam si ab effectis ad efficientem causam ascendamus.

Effecta christi in nobis per fidem habitant.

Sunt ergo Christi, à nobis per fidē apprehēsi, & intra nos habitā tis, effecta duplicia.

1 Primū enim Spiritus sanctus testimoniū reddit spiritui nostro, nos esse filios Dei, adeò, vt ītrepidè clamemus, Abba Pater.

Rom 8. 2 cor. 2. Gal. 4

2 Deinde, hoc quoq; cōstituēdū est, quando nobis Chrm̄ per fidē applicamus, id nō fieri vana quadā & inani opinione, siue imaginatione: sed reipsa & planè efficaciter: quāuis totū hoc mysteriū sit spirituale, adeò, vt quemadmodū anima, physico modo corpori adiūcta, effectus suos edit, ità Christus Iesus, per fidē intra nos habitās, spirituali modo ac virtute, vires suas in nobis exerat: quę quidē in sacris literis intelligūtur Regenerationis & Sāctificationis nomine: quoniā per illos noui prorsus hōines euadimus, quod ad qualitates attinet.

Rom. 6 Ioh. 1.

Ioh. 3. Eph. 4

Partes tres regenerationis.

Sunt autem huius Regenerationis, ideſt, nouę originis ac conditionis, tres partes.

Rom. 7.

Quemadmodum enim natiua illa corruptio nos pēit9 & corpore & aīa captiuos retinēs, edebat in nobis peccata, & mortē: ita etiā ex aduerso virt9 Iesu Christi, sese nobis efficaciter insinuās, & nos sibi liberali, quod aiunt, causa manu asserens, tria in nobis efficit, Nēpe, Mortificationē peccati, ideſt, naturę illius labis, quę vetus homo

homo dicitur. Sepulturam eiusdē:
2. Et noui hominis Resurrectionem:
3. sicut ista copiosè, in primis à Paulo,
Rom. 6. & alibi passim explicantur.

Mortificatio

Est igitur Mortificatio corruptionis, siue peccati, effectum Christi in nobis, quo fit, vt ea sensim in nobis perimatur & extinguatur, adeò, vt non sit ita efficax ad ciendas prauas motiones, consensiones. & actiones, Dei voluntati contrarias.

Sepultura.

2. Eiusdem veteris hominis sepultura alterum est Christi opus intra nos, cuius videlz virtute vetus ille homo, accepto lethali vulnere, paulatim euanescit.
Rom. 6. Colos. 2.

Deniq; quemadmodum sepultura

tura corporum nostrorum est quidam mortis progressus, ita veteris nostri hominis sepultura est quędā cōtinuatio ac progressio mortificationis illius, cuius ante meminimus.

1. Ad eam rem autem mirificè nos iuuant afflictiones, quibus dicitur Dominus nos respicere. 2. Cor. 4.

2. Itemq; Exercitationes illę, tum spirituales, tum etiam corporales, quibus nos assidue vti oportet, vt rebellantem carnem opprimamus. 1. Cor. 9. Gal. 5.

3. Deniq; Mors prima, quod ad fideles attinet, complementum est istius mortificationis, ac sepulturę peccati, quatenus certamen carnis Phil. 3

carnis & spiritus dirimit.

Resurrectio. 3 Resurrectio noui hominis, siue hominis, quod ad qualitates facultatum attinet, prorsus renouati, tertium est effectum Christi intra nos viuentis, qui, corruptione naturę nostrę perempta, nouum nobis robur inspirat, adeó, vt intelligentia nostra, & facultas illa ingenij, qua de rebus perceptis iudicamus, gratia Spiritussanctí illustratę, & à noua ista virtute Christi gubernatę, incipiant itelligere & probare, quod antea pro stultitia & abominatione ducebant.

Eph. 1.

1. Cor. 2. Rom. 8.

Deinde, voluntas nostra eodē robore corrigitur ac confirmatur, vt

tur, vt peccatū fugere incipiat, & iustitiam amplecti. Rom. 6

Deniq;, vniuersę facultates hominis vitare, quod vetuit Dominus, Et quicqd præcepit sectari incipiunt. Rom. 7 Phil. 2

Itaq;, vt ad rem redeamus, Si duplex hoc effectum in nobis sentiamus, necessario colligitur, nos fidem habere, ac proin etiam Iesum Christum ad vitam æternam, sicut antea diximus.

Nihil ergo nobis æque curandū est, atq; hęc duo, Nempe, vt iugi & assidua inuocatione foueamus pretiosū illud testimoniū, quod reddit Dōinus spiritib9 nostris

Deinde, vt quotidiano quasi bono-

De bonis (peribus. seu profectu renatorum.

norum operum vsu pro se quisq;, secundum vocationem suam, in regenerationis dono proficiat.

1.Ioh.5 Huc respexit Iohannes, cum diceret, eũ, qui natus est ex Deo, nõ 1.pet.1 peccare, ideſt, seipsum non dedere peccato, sed illi magis ac magis obsistere, vt sese electionis ac vocationis suę quotidie magis ac magis reddat certiorem, Omninò enim ad fructus veniendum est, vt de arbore iudicium fiat.

Ioh.8. Rom.6 Quiquis verò, vt modo diximus, à seruitute peccati manumissus est, ideſt, ab illa originali labe, incipit eos fructus edere, quos bona Opera vocamus.

Et hęc causa est, cur optimo iure

iure dicamus, Fidem, de qua nunc agimus, necessariò coniunctam esse cum bonis operibus, quemadmodum lux cum sole, & calor cũ igne cohęret. Ioh.2. Iac.2.

ARTICVL. XIIII.

Impudentem esse calumniam eorum, qui dicunt, bona opera à nobis reprehendi.

Boni igitur illi viri nimium sanè impudenter nos calumniantur, qui dictitant, bona opera à nobis reprehendi, propterea quod affirmamus, nos nulla re alia iustificari, quam per Christum, sola fide apprehensum.

Interim vero non dissimulamus nos, vt Deo suam gloriam in solidum vindicemus, tribus maximè in

mè in rebus ab eis dissentire in hoc bonorum operum argumento: Quum alioqui tantum absimus ab eo, vt dicamus christianos non decere sanctam & honestam vitam, vt ècontrario affirmemus, eos turpiter mentiri, qui cum sese christianos vocent, nihilominus tamen, nec veras virtutes sectantur, nec vitia fugiunt, à Deo damnata.

Hæc autem sunt, in quibus nos ab istis dissentire vltrò & apertè profitemur.

ARTICVL. XV.

PRIMA controuersia.

Prima controuersia in argumento bonorum operum: Quæ nam sint pro bonis, & quæ pro malis habenda.

Pri-

Primum ab eis dissidemus in bonorum & malorum operum distinctione coram Deo. Nam, quod ad nos quidem attinet, in vna Dei volũtate prorsus acquiescimus, tãq; certissima regula eorũ, quę vel probat, vel ĩprobat. Nęq; aliam ullam diuinę voluntatis declarationẽ requirimus, quã sacrosanctã ipsius Legẽ, cui vel adijcere, vel detrahere quippiam nefas putamus. Psal. 119. Leuit. 18. Deut. 30.

Itaq; inter bona opera coram Deo nihil recensemus eorum, quę nuda hominum voluntate nituntur, qualescunq; sint ipsi. Isa. 1. Matth. 15. Colloss. 2.

Affirmamus prętera, vt aliquis dici possit bene egisse, nõ sufficere, si, quod egit, in verbo Dei

datum inueniatur: Sed hoc etiam requiri, vt opus illud agendo, quod à Deo præscriptum est, voluntatem ipsius nobis in agendo proponamus, & certi simus ex eius verbo in animis nostris, illud quod agimus, Deo placere. Nam, vt inquit Paulus, quicqd sine fide fit, id est, quicqd à nobis suscipitur dubitante conscientia, an Deo placeat, ac proinde à Deo sit præceptum nec ne, peccatum est.

Rom. 14.

ARTICVL. XVI.

Quæ sint opera omnium excellentissima. Et quæ precum sit prestantia.

Paritio & summa Legis.

Itaq; hoc posito fundamento, dicimus Legem, quam Decem Mandata nuncupamus, distinctã esse

esse in duas tabulas: quarum vna declarat, quid Deo, altera quid proximo debeamus: Ac proinde duas esse bonorum operum species. Nam vna propriè cultum Dei, Altera proximum respicit. Sunt autem illa tanto istis præstantiora, quanto Deus hominibus præstat.

De Invocatione & precibus.

Sed inter omnes fructus, quos fides vniuersaliter in omnibus verè christianis hominibus edit, principatum, nostro iudicio, facilè tenent preces, idest, Inuocatio Nominis Dei per Iesum Christum, Neq; vllum opus ei gratius esse arbitramur, siue quid ab eo postulemus, siue Laudes eius canamus, siue gratias ei agamus pro acceptis beneficijs,

Sed in precibus ista requirimus, quę subiecimus.

Primum, vt proficiscantur ab eo animo, qui nõ dubitet se exauditum iri, quatenus expedit. Nam, vt inquit Iacobus, rogandus est Deus cum fiducia, absq; hęsitatione. Nã qui hęsitat, similis est fluctui maris, à vento agitato, et cum impetu impulso. Ne quis igitur eiusmodi homo existimet se quicq; à Deo accepturum.

Iac.1. Rom.10. Matth.21. Heb. 4. Marc.11.

Ex hoc autem aliud cõsequitur, nempe, inutiles esse preces, quęcũq; cum Verbo Dei non consentiunt. Preces enim absq; fide nihil aliud sunt quam peccata. Nec ibi fides vlla esse potest, sed sunt

Rom.14.

vana dumtaxat et stulta quędam opinatio, vbi nullum Dei verbum ac prędceptum extat, sicut paulo ante probauimus.

Quęcunque igitur prędces ab aliquo concipiuntur eo idiomate, quod ipse non intelligat, pro Dei ludibrio sunt habendę.

Quibus verò quippiam postulamus, Dei naturę ac voluntati repugnans, cum Dei blasphemia sunt coniunctę, tantum abest, vt sint opus Deo acceptum.

DE SANCTORVM invocatione

Præterea ex hijs quę diximus consequitur, preces, quę ad alium Deprecatorem siue Mediatorem referuntur, quam vnicum

lum inter Deum & homines constitutum, Christum Iesum videlicet, in extremum Dei & Sanctorum eius dedecus redundare.

I. RATIO. Cur nó sint Sancti inuocandi.

Primum enim nullus apex in sacris literis inuenietur, qui moré istum confirmet. Imò verò expresse dicitur Dei verbo, vt quicqd à Deo petimus, in Christi vnici nostri Mediatoris nomine petamus.

II RATIO.

Præterea, si quęrendus est intercessor, qui nos amore quodam singulari complectatur, quem tãdem inuenimus cum eo comparãdum, qui vitam suam pro nobis proiecit, tum quoq;, cum ipsius hostes eramus.

Sin autem eo nobis opus est, qui

qui pro sua authoritate sit gratiosus, Cuius tandem potentia cum eius authoritate conferri poterit, qui ad Patris dextram assidet? Eph. 4 Heb. 7

A quo vero se potius exorari sinet Pater, quam à Filio suo charissimo, in quo vno acquiescit, & suos omnes diligit? Eph. 1

III. RATIO. Deniq;, Cum defunctorum Sanctorum Spiritus sint in cœlis, corpora in terris, quomodo tandem constituemus nostras preces ab eis intelligi? Quin, vel si præsentes esse dixerimus, infinitos simul esse constituamus: Vel, si malumus eos, quamuis absentes, animum nostrum inspicere, scrutatores cordium eos esse arbitremur?

Atqui infinitum & scrutatorem cordiũ esse, iu vnũ solũ Deũ cadit, Quo fit, Sãctos, hac vita defũctos, inuocari nõ posse, quin eos simul deificemus.

OBIEC. PAP. Nã quod garriunt nonnulli, Sãctos ista omnia archana in Trinitate, quasi speculo, intueri, quã ineptè ac ridiculè dicitur? Quis enĩ hoc eos docuit? vtq; ita esse dẽus, ꝓfecto intuerentur etiam Sancti, quid decreuerit Deus facere, vel minus, vt ipsos minime oporteat preces suas interponere.

In Christo verò, qui Spiritu suo inter nos manet, & quẽ vnũ inuocare certa cum fiducia iubemur, nullũ eiusmodi argumentũ valet.

Ista

Ista igitur mortuorum Sanctorũ inuocatio prorsus inanis est, ac Deo ingrata, vt pote quę nullo ipsius verbo nitatur, & cũ insigni etiã Christi contumelia ac dedecore sit coniuncta: atq; adeò partim ab ignorantia partim ab hominũ diffidentia exorta,

II. OBIEC. PAP. Atqui charitas, inquiunt, nunq̃; excidit, Ac proinde salutem nostram sitiuns Sanctorum Spiritus, in cœlis versantes. 1. Cor. 13. Luc. 15.

Id nos vero concedimus. Sed qs propterea, sani iudicij homo collegerit, vel nostras preces eos exaudire, vel, etiã exaudiãt, (vt de Angelis, qui nos circũstant fateri nos oportet) idcirco eos sibi vni° Mediatoris

toris officium arrogare, Vel tanq; subalternos quosdam sequestres à nobis esse inuocandos:

III. OBIEC. PAP. Atqui ad Martyrum sepulchra iam olim edita sunt miracula.

Esto. Sic voluit Dominus Martyrum fidem nobis commendare, non vt inuocarentur, sed vt in eis adoraretur ipsius virtus, quũ Martyres testabatur in cœlo viuere, per eum, quem ipsi viuentes coluerunt, & cuius veritatem sanguine suo sanciuerunt.

Sed hoc tamen ingenue confitemur, eos, qui miracula ista nimium curiosè cõmendarunt, nobis videri strenuam operam Sathanę

thanę in stabliendo mysterio iniquitatis nauasse. Neq; quam vetusta sit hęc superstitio, laboramus.

IIII. OBIEC. PAP. Excipiunt autem rursus aduersarij, nobis licere, ac etiam præcipi, vt alij pro alijs precemur, Nec tamen propterea Christum dici officio suo spoliari Quoniam (vt inquiunt) vnus quidem est redẽptionis Mediator, at non intercessionis.

Atqui nos passim legimus, Christum non vnicum modò esse redemptorem, sed vnicum etiam apud Patrem Aduocatum.

Neque tamen cum id dicimus Christum imaginamur tanquam

suppli-

ſupplicem pro nobis deprecari, ſed perpetuo vnici ſacrificij odore nos Patri reconciliare, ac preces noſtras coram Deo efficaces reddere.

Cum autem mutuas preces alij pro alijs concipimus, nullos Mediatores Chriſto ſubordinamus, ſed conta coniunctis animis, ſicut charitatis regula, et verbum Dei iubet, vnico Mediatore freti, communem Patrem inuocamus. Quę ratio, vt antè diximus, in ijs, qui hac vita defuncti ſunt, obtinere non poteſt.

V. OBIEC. PAP.

Imò verò quid aliud afferre ſolent iſti, cur ad Sanctos mortuos confugiant, quam quod ſe indig-

indignos eſſe queruntur, qui recta & ſine ſubordinatis interceſſoribus ad Chriſtum accedant? qua de re paucis etiam dicendum eſt, quid ſentiamus.

Primum omnium igitur cum preces noſtrę nulla re nitantur nobis inſita, ſed vnica dignitate ac præſtantia Chriſti, qui per fidem, vna cum omnibus ſuis beneficijs noſter eſt factus, obiectio illa planè eſt inepta, nec poteſt aliunde quam ab incredulitate proficiſci.

Quemadmodum enim nunq̃; nobis poſſumus videri ſatis indigni in nobis ipſis, ità è contrario neceſſe eſt antequam precemur, vt, niſi

nisi frustrà precari volumus, certi simus, fore, vt cũ nos Filius vnicus ille dignus noster interceſſor Patri retonciliarit, non poſsimus nõ obtinere, quod petimus in ipſius nomine, quatenus quidem noſtra intererit: Et abſq; fiducia iſta nun q̃; à Deo exaudiemur.

Iac. 1. Mat. 1. Lu. 11. Ioh. 41.

Deinde, Si recuſant iſti nobis credere, ſaltem Chryſoſtomo & Ambroſio credant.

Sic ergo Chryſoſtomus de Cananea illa muliere diſſerens. Cedo, inquit, mulier, quomodo auſa es ad illum accedere; cum ſis peccatrix, & iniquitatum plena? Noui, inquit, quid factura ſim. En prudentiam huius mulieris, Non precatur Iacobum, Non ſupplicat Ioanni, Non adit Petrum, Nec Apoſtolorum cœtum reſpicit, aut vllum eorum requirit: ſed pro his omnibus pœnitentiam ſibi comitem adiungit, & ad ipſum fontem progreditur.

Homil. 1. de Cananea.

Idem Chriſoſtomus eodem in loco, Cum, inquit, quempiam hominem es precoturus, percantaris quid agat, & audis illum dormire, vel ei non ſatis eſſe ocij, aut fortaſſis etiam ſeruus tibi recuſat reſpõdere. Sed iſtis nihil opus eſt apud Deum. Is enim te audit, quocunq; ſis loco, & vndecunq; inuocetur. Hic nobis nihil opus eſt atrienſi ſeruo, vel interceſſore, vel ſeruo.

Eadem Homil.

Sed dic, Miserere mei Deus.

Homil. De prof. fu Euangelii. Sed & idem alibi præterea: Nõ opus est, inquit, patronis apud Deum, neq; vllis ambagibus, Sed etiamsi solus es, omni patrono & aduocato destitutus, & seorsim Deũ precaris, obtinebis quod petis.

In 5. Cap. Epist. ad Rom. Ambrosius verò hanc ipsam similitudinem reprehendens, quã tamen penè vnam isti solent in ore habere: Solent, inquit, pudore passim neglecti Dei, misera vti excusatione, dicentes, per istos posse ire ad Deum, sicut per comites peruenitur ad Regem, Age, Nunqd tam demens est aliquis, aut suę salutis immemor, vt honorificentiam

tiam regis vindicet Comiti, cum de hac re si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur Maiestatis?

Idem paulo post. Ideo ad Regẽ per Tribunos & Comites itur, qa homo vtiq; est Rex, & nescit qb⁹ deb at remp. credere. Deũ autem, (quem vtiq; nihil latet: omnium enim merita nouit) promerendum suffragatore nõ opus est, sed mẽte deuota, Vbicunq; enim talis locutus fuerit ei, respondebit illi.

Itaq; vt paucis hanc tractationem absoluamus, arbitramur ex verbi diuini authoritate nullũ hoĩnis opus esse Deo gratius, quã inuocationem Nominis ipsius si

quidem ritè concipiatur. Reſpicit enim hoc opus priorem legis tabulam, & complectitur expreſſam confeſſionem diuinę tum potentię, tum miſericordię, cum timore ac reuerentia, quę vni ipſius Maieſtati debetur.

De operibus Charitatis erga proximum.

In ſecundum ordinem reijcimus opera charitatis erga proximum, ex poſterioris Tabulę præſcripto, Sed ea demum conditione, ſi proficiſcãtur ex vero Dei amore, nobis in Chriſto recõciliati ꝓpter quẽ fratres noſtros, etiam cum nos oderunt, ſingulari charitate proſequimur. Niſi enim ſubſternatur hoc fundamẽtum, nihil aliud

aliud quam peccamus, quantumuis ſpecioſa ſint opera noſtra, quẽ admodum indicat Chriſtus propoſito Phariſeorum exemplo. Mat 6. Rom. 14.

De operibus indifferentibus De Adiaphoris.

Tertium quoddam eſt operum genus, quę ſuapte natura nec bona ſunt ꝓpriè, nec mala, ſed finis dũtaxat reſpectu, cuius cauſa ſuſcipiuntur, quatenus videlicet nos reddunt aptiores ad ea præſtanda, quę bona ſunt, vel in faciendo officio noſtro conſtantiores.

Huius generis eſt Ieiunium, ſobrietas, & ſi quę ſunt alia, quib. carnis laſciuia cohercetur.

Itemq;, retinendę virginitatis ſtudiũ, in ijs qui habent continẽtię donum. 1. Cor. 7.

Itaq; hoc dicimus in genere, laudabilia esse hęc exercitia, modo adsit, quod præcipuum & primarium est, idest, animus nulla ambitione tumens, nec superstitione imbutus, sed Dei timore præditus, & proximi charitate.

Deinde, Si ita vsurpentur, vt sic possimus prõptiores & alacriores euadere, tum ad Deum colendum, tũ adiuuandum ꝓximũ, pro nostrę vocationis ratione. 2. Cor. 7.

Neq; etiam ambigimus, quin christiani omnes teneantur vitare, ꝙcꝙd ad christianę vitę officia tardiores eos efficere potest.

Sed absit, vt eorũ errorẽ ꝓbẽsus, qui in istis rebꝰ externis obstupescũt,

pescũt, quasi in istiusmodi exercitiis posita sit pietatis sũma. Malumus enim Paulo assentiri, qui testatur, Regnum Dei situm non esse, neq; in cibo, in potu, Et ista omnia parui esse momenti præ studio pietatis in Deum, & charitatis officijs. Rom. 14. 1. Cor. 8. 1. Tim. 4.

ARTICVL. XVII.

Altera controuersia de bonis operibus, in qua queritur de eorum principio & origine. DE BONORUM operũ origine.

Altera controuersia de bonis operibus quęrit de vera eorũ origine Neq; vero nos negamus, fidem ac bona opera manare ex nostra intelligentia ac volũtate, quas Deigrã præueniat, ĩmutet, adiuuet & comitetur.

Sed hoc inprimis affirmamus, cum quæritur de prima origine eius boni, quod est vtcunq; in nobis nichoatum, tantum abesse, vt vlla sit in nobis naturę dispositio ad primam gratiam recipiendam, quę dispositio postea superuenien te altera gratia adiuuetur, Vt è- contrario nihil aliud nobis insit à natura, Ita vt nunc ōnes corrupti nascimur, propter tenebras, & Dei odium.

Isa.9. Luc.1. Act.26. 1.Cor.4. Eph.1. Rom.5.

Oportet igitur inprimis & ante omnia, non vt Deus præueniat nostrū liberum arbitriū debile & infirmū, (sicut loquūtur semi Pelagiani) Sed vt nos totis viribus renitentes trahat, ideſt, quod ad qua

Ioh.6.

litates

litates facultatum nostrarum attinet, nos penitus nouos homines reddat.

Ioh.3. 1.Pet.1. 2.Cor.5. Eph.4. Col.3.

Id autem fit, dum nos non aliquatenus dumtaxat, sed penitus cæcos, in his, quę ad redemptionem spectant, Spiritus sui lumine illustrat: Dum corda nostra lapidea in carnea commutat: Dū cor mundum creat in visceribus nostris, ideſt, nostram voluntatē prorsus deprauatam instaurat.

Deut.30. Ier.24. Ezech.11. Psal.15. Ezech.16. Eph.1.

Deniq;, dum efficit in nobis & velle, & perficere: vt constet, Apostolum verè dixisse, nos ne ad cogitandum quidē quod bonum est ex nobis esse idoneos, Et filios Dei nihil prę habere, quod non

Phil.2 2.Cor.3. 1.Cor.4.

acceperint, Acceperint, inquã, nõ nascendo, sed renascendo, Non ex naturę sed ex regenerationis gratia, quę gratis quotidie in eis operatur, vt pelagianorum cauillum effugiamus.

Grã & lib. Arb. non concurrunt

Oportet igitur vt gratia nos ex putribus et mortuis truncis viuas et fructuosas arbores efficiat, anteq; vllos bonos fructus edamus. Ex quo consequitur, nullum esse posse gratię et liberi arbitrij concursum, cum Spiritus Dei mera sua gratia nos manumittat à peccato, dum nos videlicet Christo per fidem inserit, ex quo nouam vitam haurimus, vt Deo viuamus.

vide supra Articul. 17. cap. 3.

Ioh. 8. Rom. 6.

Rom. 7.

Qui enim concurreret liberum Arbit-

Arbitrium, quod nusq; est, antequam à seruitute peccati sit manumissum.

Deinde hoc quoq; adijciendũ est, quod liberata nostra voluntas bene velle incipiat, & in eo cursu perseueret, alteri rursus Dei Gratię in solidum deberi

Deniq; cum manumissi à peccato bene agere incipimus, nullũ hic meritum cogitandum dicimꝰ, sed gratis ꝓmissam mercedẽ gratis dari,

1. Cor. 4. Rom. 4.

Nam præstantissima etiam opera nostra, nisi interueniat Dei Gratia, nihil nisi ęternas pœnas merentur. Quoniam sanctissimi quiq;, si summo iure cum eis ageretur,

retur, deprehenderétur dona Dei, sibi concessa, infinitis modis, etiã cum studerent bene agere peluisse ac contaminasse.

Rom. 4. 1. Cor 4. Phil. 3 Psal. 42.

ARTICVL. XVIII.

BONORVM operum vtilitas.

De tertia controuersia in bonis operibus, Nẽpe, Quænam sit eorum vtilitas.

Super est tertia controuersia longe maxima, in qua disceptatur de bonorum operum vtilitate, De qua nos quidem ita statuimus.

Si quæritur, Quo iure & titulo fiamus æternæ vitæ participes? Acquiescimus in vno Iesu Christo nobis oblato. & per solam fidem cõmunicato, idq; ex mera Dei gratia & misericordia..

Rom 3 1. cor. 2.

Itaq; abhorremus à Meriti nomine

mine Et seriò cordis affectu agnoscimus ac profitemur, nos, quãtumuis iustitiæ studeamus, seruos esse inutiles. vitamq; æternam penitus & omni ex parte gratuitum esse Dei donum, cuius rei vnicum præterea argumentum adscribã.

Luc. 17 Psal. 16. Rom. 6

Bona opera certum est manare ex Christo, in nobis habitante, cuius virtute & efficacia gratuita freti, incipimus bene velle & operari, Quemadmodum ècontrario natiua illa veteris Adami corruptio, nobis insita, profert in nobis vitiosos omnes motus, ex quibus praue actiones eduntur.

Necesse est enim, vt Christum possideamus, qui nos efficiat bonas ar-

nas arbores, anteq; vllos bonos fructus proferamus, quum Paulus
Rom. 14. testetur, peccatum esse, quicq d fit
Rom. 6. absq; fide, Et effecta necessariò efficiens causa antegrediatur. Quod cum ita sit, consequitur, fidem necessariò præire bonis operibus. Atqui quisquis fidem habet, iustificatus est eò ipso momento, Nisi
Rom. 5. fortè iustificatus non est, & pacẽ non habet, qui Christum habet.

Qui fiet igitur, vt bonis operibus iustificemur, ac proinde seruemur, cum nos prius oporteat iustificari, ac proinde dignos fieri, qui seruemur, quam vel vnicum bonum opus ędere possimus?

Iustificamur autem & digni salute

salute reddimur, vt ante diximus, non in nobis, sed in Christo Iesu, cui per solam fidem coniũgimur, vt omnia ipsius beneficia, nempe iustitia, sanctificatio & redemptio nobis imputentur.

Itaq;, vt paucis omnia complectamur, agnoscimus nullis promitti vitam ęternam, nisi qui student operibus iustitię, Nec alios censeri iustos corã Deo, quam qui serio resipuerunt: Sed longe di- Mat. 25. Iac. 2. 1. Ioh. 3.
uersas quęstiones esse dicimus, Quinam iustificentur, Et, Qua iustitia iustificentur. Et eam iustitiam, quam Spiritus Dei in nobis inchoauit, non causam, sed testem esse dicimus eius iustitię, qua vna

freti

ferti coram Deo comparemus: Et
Rom. 5. vitam æternam ad nos, vt Christi cohęredes, iure quidem, sed gratis pertinere contendimus,

Iustitia autem hęc, si spectemus cui ꝓpriè inhęreat, vnicus Christi persona includitur, Sed quoniam is nobis datus est, vt quisquis eum per fidem amplectitur, fiat eius particeps in vitam æter-
1. Cor. 1. nam, (quoniam factus est nobis à Deo petre sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio) idcirco nostra etiam est per imputationem, Et in ea vna, vtpotè quę sola sit perfecta, prorsus acquiescimus.

ARTICVL. XIX.

Quor-

Quorsum nobis vtilia sint bona opera apud Deum, & apud homines.

Ex istis facile cognosci potest, quam sint impudentes, quicunq; calumniantur, bona opera à nobis vituperari, Cum ècontrario nulli rei æquè studeamus, atq; huic vni, vt demonstremus, quęnam verè bona sint opera, & ex quo fonte promanent, ne miseri mortales sibi ipsis imponant.

Quamuis autem neq; in solidum, neq; vlla prorsus ex parte nitamur bonis operibus, cum quęritur, quo iure seu titulo (vt loquũtur) vita ęterna nobis obtingat: Phil. 3. Rom. 6. 1. Cor. 4. Quamuis inq; in vno Christo Iesu acquiescamus, tamen agnosci-

mus regenerationis nostrę fructũ nobis multas ac magnas vtilitates afferre.

1. Primum enim hac ratione solemus proximos nostros vel Christo, vel in Christo retinere: ipsosq; adeò Christi iuratos hostes cogimus gloriam Deo tribuere. Mat. 5. 1. Pet. 2

2. Secundò, Bonis operibus certiores fimus nostræ salutis, non tanq̃; causis, vt paulo ante diximus, sed tanq̃; testibus & effectis causę instrumentalis, per quam adipiscimur salutem, fidei videlz, vt est à nobis antea demonstratum.

Hæc nimirum causa est, cur testetur Deus, se redditurum vnicuiq; Mat. 16. Rom. 2

cuiq; secundum ipsius opera: Et cur Abraham dicatur etiam ex operibus iustificatus. Iac. 2.

Neq; enim hæc ita accipienda sunt, quasi opera nostra sint causa nostræ salutis, vel in solidum, vel aliqua ex parte: (nam certè si ita esset, non satis firmum esset nostræ salutis fundamentum) vel quasi ex operibus nostris possimus coram Deo iusti censeri: Sed quoniam bona nostra opera sunt effecta, ex quibus fides nostra intelligitur, Fides inquam, apprehẽdens Iesum Christum, veram & vnicam iustitiam nostram, sicut antea diximus. 1. Cor. 4. Phil. 3 Rom. 3. Gal. 2.

Tertio, Necesse est vt fateamur

quandam esse cognationem aquę & eius scaturiginis, ex qua proma nat. Qnoniam igitur regeneratio nostra, quam diu in hoc mundo versamur, nunq; euadit in summũ gradum, Et super est in nobis perpetuum illud Spiritus & Carnis certamen: Quoniam, inquam, adhuc residēt densissimę tenebrę in nostra intelligentia, & maxima aduersus Deum repugnantia, efficitur fore, vt si summo iure inquireret Deus ipsa quoq; præstantissima hominum opera, nihil aliud possit de hijs constitui, quam meras esse donorum Dei pollutiones. quēadmodum sępissimè accidit, vt riuus, alioqui clarus & limpidus, inficiatur cloacę sordibꝰ, per quas decurrit.

Gal. 5.

1. Cor. 13 Rom. 7

Similitudo apta.

Psal. 143.

Hæc igitur causa est, cur exclamet Dauid. Non iustificabitur in tuo conspectu vllus viuens:

Rom. 7.

Item Paulus hanc querelam effundat, Non facio bonum quod volo, Sed facio malum, quod nolo, ò Me miserũ, Quis me liberabit ex hoc corpore mortis?

Hanc formulam iudicij de optimis etiam nostris operibus nobis sancti Serui Dei præscribunt, tantum abest, vt Meriti nomen vsurpent. quod sanè nunq; in Ecclesiam Dei irrepsisset, si satis expensa fuisset veteribus Latinis Theologis eius vocabuli propria significatio.

Nam quod ad Græcos attinet, quamuis hoc illis perpetuum fuit, Theologię fontes perturbare humanę philosophię luto, quę res effecit, vt suum illud αὐτεξούσιον plus æquo semper extulerint: tamen nullam apud eos vocem inuenire est, quę glorioso Meriti nomini satis respondeat.

Liberam voluntatem. & arbitrii facultatem.

Hoc tamen profitemur, tantã esse Dei nostri bonitatem, vt, quoniam adoptiuos suos filios non in ipsis, sed in vnico suo filio charissimo Iesu Christo considerat, cum quo videlicet coniuncti sunt arctissimo illo Fidei vinculo: Neq; in estimandis suorum donorũ fructibus rationẽ habet eius pollutionis, quę

quę è nostræ carnis imbecillitate promanat, sed purissimi illius fontis, à quo ꝓfluunt, idest Spritus Christi in omnibus credentibus efficacis, vt peccato mortui, iustitięq; viuant:

Tantam, inquã, esse Dei nostri bonitatem profitemur, vt idcirco opera nostra, quãuis imperfectissima, tamẽ non modo nõ imꝓbet sed etiam eò vsq; probet, vt mercede dignetur, tum in hac vita, tũ etiam in futura: sicut in talentorum similitudine declaratur: Minimè id quidem, quasi hęc merces operibus nostris debeatur, sed ꝓ mera sua gratia & misericordia: sicut Deus in ipsa etiam Lege testa

Gen. 15. Mat 5. 2. Ioh. 1. Mat. 19. Rom. 4. Exo. 20.

tur, sese nimirum pro sua misericordia, non autem ex iure quodã debito, benefacturum ijs, à quibus diligitur, quiq; mandata ipsius obseruant.

Quartò, Cũ bona opera sint fidei nostrę testimonium, consequitur, etiam inde petendam aliqua ex parte testificationem æternę nostræ electionis. Quoniam Electionem necessariò consequitur Fides, Christum apprehendens, per quem iustificati & sanctificati, fruamur ea gloria cui destinati sumus ante iacta mundi fundamenta. Eph. 1. Rom. 8.

Est autem hęc doctrina eo accuratius obseruanda, quo magis

solet à mundo negligi, Quasi nimirum doctrina de particulari Electione vel sit curiosa, vel comprehendi non possit: Cum ècontra fides nihil sit aliud, quam illud, quò certiores simus, vitam ęternam ad nos pertinere, Quoniam ante iacta mundi fundamenta sumus à Deo tantę huic saluti ac glorię, per Christum possidendę, destinati. Itaq;, quicquid antea de Fide & eius effectis disseruimus, inutile foret, nisi hęc doctrina de ęterna electione substernatur, tanq; vnicum totius christianę fiducię fundamentum. Particularis Electio.

Quoties igitur Sathan nobis litem mouet de nostra Particulari

Electione, non est eius controuersię explicatio statim scrutanda in æterno Dei consilio, cuius Maiestatem non possumus sustinere: Sed è contrario initium faciendum est ab infimo gradu, nempe à Sanctificatione, quam in nobis inchoatã reipsa sentimus, vt altius inde conscendamus.

Cum enim nostra Sanctificatio, ex qua promanant boni motus & bonę actiones, de quibus antea diximus, fit certum fidei, aut potiꝰ Christi, in nobis per Fidẽ habitãtis effectũ: & quicũq; Christo est vnitus, necessariò quoq; sit efficaciter vocatus, ac proinde saluti destinatus: nec falli possit Dei pro-

Rom. 8.

uiden-

uidentia, ac proinde nullus ex electis pereat: ex hijs consequitur, Sanctificationem veluti primum esse gradum, à quo progredi incipiamus ad declarationem primarię nostrę salutis causę, Idest, ęternę illius ac gratuitę nostræ electionis. Ioh. 6.

Quisquis enim dicit se credere, neq; secundum Spiritum viuit, seipsum vt mendacem coarguit. Rom. 6. 1. Ioh. 3.

Idcirco Petrus diligenter nos admonet, vt nostram vocationem & electionem bonis operibus firmam reddamus, Minimè id quidem, quasi illę nitantur operibus nostris, (cũ Paulus contrariũ affirmet) sed quoniã bona opera certò 2. pet. 1.

testifi-

1. Cor. 4. Rom. 4.

testificantur nostrę conscientię,
1. pet. 3. Ioh. 6. Iesum Christum habitare in nobis, Ac proinde nos perire nõ posse, quoniam electi simus ad salutem.

ARTICVL. XX.

IIII. TENTATIO & ea õnium maxima

Remedium aduersus vltimam eamq; grauissimam tentationem, in qua quæritur, An simus ex Electorum numero.

Præter illa, de quibus iam antea diximus, supereſt Sathanę vltima & omnium grauissima tentatio, qua nos impetat.

Primum enim constat, vsuuenire interdum, vt Christus Electorum quorũdam vocationẽ multũ
Mat. 20. Luc. 23. differat, atq; adeò ad extremum vsq; vitę momentum, Quo fit, vt isti non

isti nõ satis muniti videantur presidio, ab illis effectis petito, quę paulo ante commemorauimus, vt pote qui nunq; illa senserint. Qui enim sensissent eius causę effecta, quam nondum in sese haberent?

Deinde, Quoniam sanctissimi etiam quiq; in eas angustias interdum rediguntur, vt effecta, de quibus diximus, admodum languida ac penè nulla in sese comperiant, Sathan libenter alterutrum eis persuaserit, nempè, vel id, quod ipsi antea fidem esse existimabãt, fidem non fuisse, sed inane dumtaxat fidei simulachrum: vel etiam si antea crediderint, fidem tamen sua ipsorum culpa ac negligentia amisisse. Quę-

Quęrendum est igitur diligẽter, qua ratione possimus hanc tentationem omnium grauissimam superare, quamuis de ea re iam nonnihil extremo articulo superiore dixerimus.

Ac primum quidem, quod ad eos attinet, quorum tarda est vocatio, spes eorum tamen ijsdem illis effectis niti debet. Quantum enim ad internum testimonium spectat, tarda vocatio non impedit, quo minus illud personet in eorum animis, & quidem sępenumero clarius ac magis sonorè, quã in ijs, qui maturè sunt vocati, sicut ipsa experientia in latrone illo celebri demonstrauit.

Quod

Quod si quęritur de Regenerationis effectis: Respõdẽo, Pręstãtissima hæc esse opera Christi, intra nos habitantis, Cordis contritionẽ ex odio peccati & reuerentia Dei proficiscentem, Fiduciamq; in Christum, & eius Inuocationem.

Quisquis igitur in sese percipit hos motus, vel in ipso mortis pũcto, norit se habere certa fidei suę, ac proinde suę quoq; electionis ac salutis testimonia.

Qui verò sũt in eas ãgustias detrusi, vt, quod optimis etiã ac Deo charissimis hominib. cõtingit, effecta illa admodũ lãguida ac penè nulla in se cõperiãt, diligenter ista meditẽtur, vt ex hac tentatione emergant. Primum

Primum, Quoniam effecta illa, quę duplicia esse diximus, sunt instar duarum anchorarum, quibus vtrinq; sustineamur. Quoties vna ex parte vacillabimus, necesse fuerit nos in alteram partem eò fortius niti, tantisper, dum vtrinq; firmemur.

Quid enim? Cum Dauid & Petrus tam turpiter essent lapsi, an non in illis admodum languebant Regenerationis & Sanctificationis effecta? Ita est profectò. Sed ijdem illi in hac tentatione, quę ipsos profectò ad desperationem sollicitabat, incubuerunt alteri anchorę, nempe testimonio quod Spiritus sanctus testabatur ipsorum

ipsorum spiritui, eos nimirum, quamuis fœdissimè lapsos, tamen in numero filiorum Dei censeri, ac proinde remissa illis esse peccata.

Deinde, Etiamsi quis vtrinq; vacillet, tamen non est, quod animum despondeat. Neq; enim ad hoc, vt Christi participes fiamus, requiritur perfecta fides, sed fides vera dumtaxat. Vera autē fides esse non desinit, quę admodum est infirma ac debilis, adeò, vt penitus interdum sit sepulta. Itaq; vel sola fidei scintillla, ac proinde etiam vel minimum Fidei in nobis effectum, si modo verum sit, & ex vera fidei scaturigine proma

net, hactenus est efficax, vt verè nos de nostra salute securos reddat.

Quamuis enim nemo nisi interueniente Fide seruetur, salus tamen nostra ꝓprie nõ nititur Fide nostra, sed eo vno potius, quem apprehendimus per fidem, nempe Iesu Christo.

Tanta est autem fidei vis, vt, quoniam Deus ita promisit, vel minimum ipsius veluti granum, totum Iesum Christum nobis insinuet. Hoc tamen constat, quo plenior est fides, eo maiorem ipsius vim esse, qua nos magis ac magis cum Christo copulet.

Ac sanè magnopere nos pudere

Mat. 17

dere debet, cum non modo nihil ꝓmouemus, sed etiam resilimus. Non tamen efficitur, victorem fore Sathanam, si modo res ipsa declararit, nos ideò retrocessisse, vt eo fortius postea progrederemur, Idest, si, quod generosis animis accidere solet, hęc infamia virtutem in nobis non extinxerit, sed acuerit potius, & ex ipsa imbecillitate vires sumserimus.

Tertiò Quoties ita lãguebimus prostrati, proponamus nobis ob oculos Sanctorum exempla, qui non minus profundis gurgitibus fuerunt immersi, neq; tamen ꝓpterea destiterunt Deum inuocare, à quo etiam sunt exauditi: Quoniam erãt

Psal. 77 Huc pertinet tota lobi historia.

am erant ex numerò filiorum Dei, etiamsi grauissime peccassent

Proponamus, inquam, nobis eiusmodi exempla, Non vt pergamus in peccatis, (id enim illi minime fecerunt, postq; sunt ad Dominum expergefacti) sed è contrariò, vt eorum fidem ac resipiscentiam imitemur.

Deniq; falsam esse Sathanę cõclusionẽ sciamus, quoties colligit, falsam nostram fidẽ fuisse, ex eo, quod certo tempore non appareãt ipsius effecta.

Perinde enim argumentatur, ac si quis colligeret, nullũ esse verum ignem, vbicunq; nulla flamma collucet, Vel, hyeme non viuere

uere arbores, quoniam nec folia, nec fructus ædunt.

Quartò, Confugiendum nobis est ad uerum & certum remedium, nempe ad firmitatem ęternę nostrę Electionis, quę nititur immutabili Dei ꝓposito.

Vt autem huius tam certę Electionis firmum testimonium habeamus, eo etiam tempore, quo nulla penè Fidei effecta in nobis cõperiemus, memoremus dies præteritos, Dauidem imitati. Ità enim fiet profectò, vt tam multa, tamq; apta testimonia Diuinę erga nos beneuolentię inueniamus, vt meritò dubitare non possimus de paterno ipsius in nos affectu.

Præterea comperiemus, superioribus temporibus tot tamq; illustria fidei, ac proinde etiam Electionis nostræ effecta sese in nobis exeruisse, vt ne Sathan q̃dem ipse inficiari possit, nos eo tempore fuisse Deo acceptos, ac proinde veram fidem habuisse: quum absq; fide nemo possit Deo verè placere.

Quod si obijciat Sathan, Tum quidem nos fuisse fide p̃ditos, Sed ea amissa factos Dei hostes.

Nos contrà intrepidè respondeamus, Falsissimã esse hanc doctrinam. Sunt enim hęc duo axiomata certissima, sine vlla exceptione: Deum nunq̃; mutare sententiam

tentiam. Et, Quicq̃d semel decreuit, necessario perfici.

Addamus autem tertiũ quoq; axioma, Fidem esse Dei donum, solis Electis ꝓprium ac peculiare.

Fides & donum perseuerãtiæ simul per coniunctã.

Id autem ita esse probatur ex eo, Quod quisquis credit, Christo verè vnitur, ac proinde mori nũq; potest. Quę cum ita se habeãt, necesse est profecto ut fateamur, donum verę illius fidei, qua iustificamur, nunq̃; à perseuerantię dono diuelli posse: quamuis interdũ labefactetur fides, ac proide quoq; perseuerantia quibusdam veluti interuallis interrumpatur.

Quod enim de Petro testatur Dominus, se pro eo rogasse, ne

ipsius fides deficeret, locum habet in jis omnibus, qui, quod ad Electionem & salutem attinet, pari sũt cum Petro conditione.

Et manifestè declarat, quamuis Petrus non peccarit ex fide, neq; ex Sanctoſpiritu, ſed ex carne & ſanguine, eo tamen ipſo tẽpore Fidem non fuiſſe penitus ab eo ablatam, nec Sanctumſpititum penitus ei ademptum, ſed hactenus dumtaxat, vt fides in eo ad tempus velut oppreſſa latêret, & nihilomin° ſemen Spiritus adoptionis intra eum deliteſceret.

Idem in Dauide quoq; appa-
ret, cum eſſet ꝓphetę voce velut ex ſomno expergefactus. Neq; e-
nim

nim tunc Dominus Sanctumſpiritum ei reddidit, quaſi antea prorſus eripuiſſet, verum ſopitas Sanctiſpiritus vires in eo excitauit. Alioqui non clamaſſet Dauid, Spiritum tuum ne aufferas à me, Sed potius dixiſſet, Spiritum Sanctum tuum reſtitue mihi, Quod ipſum tamen ex fide dicere nunq̃; potuiſſet, ſi penitus fuiſſet Sanctoſpiritu deſtitutus.

Quomodo peccatis excruciatur Fides & Spiritus.

Itaq;, quod nonnulli ſępe inculcant aduerſus eos, qui in Fidei ſimulachro & vmbra ſibi placent, qq; ex falſa perſuaſione Fidei, qua & ſeſe & alios decipiunt, peccandi licentiam arripiunt, quaſi iuſtificari poſsit aliquis, quin ſimul ſanc-

1. Ioh. 2.

tificetur. Quod, inquam, nonnulli aduersas eiusmodi monstra inculcant, peccatis excuti fidem & Spiritum S. vel intelligendum est de eo Fidei gradu, quo peruenire etiam possunt reprobi, eò vsq; videlicet, vt non modo in Ecclesia censeri, sed etiam bonum Dei donum gustare, nunq; autem concoquere, & eius participes reipsa fieri possint: Quoniam hoc est Electorum proprium: Vel eatenus accipiendum est, vt intelligamus, qđ ad Effecta quidem & fructus attinet, ad tempus quodãmodo tolli posse fidem, sed ita, vt semen & germen ipsum maneat, quod postea suo tempore erumpat.

Matt. 12. Ioh. 15. Act. 8. Heb. 9.

Ioh. 6. Rom. 8.

Hic

Securitas fidei de perseueran.

His igitur positis fundamentis, affirmam° eũ, qui vel semel tota sua vita senserit cerutm veręFidei testimonium, securu n esse debere de ea, non modo permanente, sed etiam permansura ad finẽ vsq;, tum quoq;, cum ea tempora inciderint, quibus abesse penitus videatur.

Neq; enim infans recens natus idcirco non est prædituś anima rationis participe, quod nullũ eius vsum experiatur. Neq; ebriũ hominem dicimus ratione & intelligentia spoliatum, etiamsi neq; mens, neq; pes in eo officium facit. Neq; vitalis omnis facultas eũ deseruit, qui est ad tempus mortuo

quam

quam viuo similior, non modo ex medicorum sententia, sed ex ipsius etiam ægrotantis sensu.

Electionem non abutitur fidelis ad peccandi licentiam

Quid igitur? An propterea qui semel crediderint, impunè peccabunt? (Video enim nõ nullos hoc modo infamare hanc doctrinam de particulari Electione: quę tamẽ si tollatur, quæ tandem erit nostra consolatio? cum fides ea, qua vna iustificamur, nõ aliter in vniuersales, idest promiscue quibusuis peccatoribus oblatas promissiones respiciat, quam vt eas sibi sigilatim fidelis applicet?)

Respondeat pro me Paulus, Filios Dei esse, qui Spiritu Dei agũtur, Ac proinde nõ permanere in pecca-

peccato, qui sunt à peccato liberati. Quisqs enim est iustificatus per fidem, idem est quoq; per Christi Spiritum sanctificatus, ideoq; peccato resistit, etiamsi ad tempus interdum videatur à Deo derelictus, siue potius Deum deseruisse.

Non est igitur vox illa eorum, qui verè crediderunt: Neq; in hoc præcipitium nos pertrahit hæc doctrina, sed huc potius adducit, vt quo pretiosiora sunt Fidei effecta in nobis, & quo certiora sunt hæc arma ad oppugnandum Sathanam in isto tam periculoso certamine, eò maiore cura ac diligẽtia nitamur illa conseruare, idest, Deo ac iustitię viuere, ex Spiritus-

sancti

sancti virtute, quam accepimus, pro certò nostræ adoptionis pignore.

Deniq; sciant isti, qui hanc doctrinam oppugnant, quasi aditum patefaciat ad peccandi licentiam, se non aliter id colligere, quam si dicerent, homines instrui ad abstinendum à cibo & potu, vel ad ocium instrui, cum certum esse ac præfixum vitæ nostræ terminum affirmamus, qui perteriri non possit.

Elect. & Præd. summa.

Ergo, vt paucis absoluamus, Id apud nos vnusquisq; nostrum constituat, salutem nostram pendere à decreto æterno illius, qui Filium nobis, siue nos filio dedit, hoc

hoc nobis pro certò affirmante so- Ioh. 6.
re, vt neminem perdat ex ijs, quos à Patre accepit, Omnino enim necesse est, vt penes eum deposita sit salus nostra, qui longe melius eam custodire possit, quam nos ipsi.

Neq; tamen ignoramus multa in contrariam partem à nõnullis afferri, sed quę facile sit diluere, sicut copiosè demõstratum est in libris de hoc ipso argumento, nostra memoria, scriptis.

ARTICVL. XXI.

DE SP. SANC. instrumentis.

Quibus instrumentis vtatur Spiritus sanctus, vt fidem creet in Electorum cordibus.

Antea demonstratũ est à nobis, Spiritum sanctum eum esse, q in nobis creet Fidem, verum illud instru-

instrumentum, quo christus apprænditur, vt ex eo hauriam°, quicquid ad nos iustificãdos ac seruandos requiritur. Nunc autem consequitur, vt doceamus, quib. instrumentis ad eam rem vtatur Spiritussanctus, & quatenus eis vtatur.

Bina sunt autem hæc instrumenta, Nempe, Verbum, & Sacramenta. de quibus sigilatim disseremus.

ARTICVL. XXII.

Quid intelligatur Verbi Dei appellatione, Et de duabus eius partibus, Lege nimirum & Euangelio.

I. INSTRV. Verbum Dei.

Verbi nomine, hoc in loco (nam alioqui scimus ità etiam vocari æternum Dei filium) intelligimus

mus vtriusq; Testamenti libros Canonicos, quos vocant, Nimirũ à Deo ipso dictatos: Idq; diuidim° in duas primarias siue partes, siue species; Legem videlicet, & Euangelium. Cætera enim sunt ad alteram harum specierum reuocanda. LEX. EVANG.

LEGEM vocamus (quoties q- dem accipitur pro altera verbi parte, quę ab Euangelio distinguitur) doctrinam, cuius semen est naturaliter cordibus nostris insitum, quãuis ea sit postea, luculentioris & certioris explicationis causa, à Deo ipso inscripta duabus tabulis, & decem mandatis comprehensa, in quibus obedientiam illam, ac per- LEX.

fectam iustitiam describit, quam & ipsius Maiestati, & proximis nostris debemus: Itaq; addita conditione altera ex his duabus: Nempe, vel vitę æternę, si perfectè Legem præstiterimus: vel æternę mortis, si vel minimum eius apicé neglexerimus.

Deut. 27. Iac. 2.

EVANG.

EVANGELIVM autem, id-est, felicissimum nuntium, appellamus doctrinam, non quę sit nobiscum nata, sed quę captum omnem hominis superat, Estq; nobis è cælo patefacta, In qua nobis testatur Deus, se velle gratis nos seruare in vnico filio suo, si modo eum per fidem amplectamur, vt vniçam nostram sapientiam, iustitiam

Mat. 16. Ioh. 1.

Rom. 3.

1. Cor. 1.

tiam, sanctificationem & redemptionem: Qua, inquam, doctrina Dominus ea omnia nobis declarat, & ita quidem, vt nos simul per eam renouet quàm efficacissimè, vt oblata nobis beneficia amplectamur.

ARTICVL. XXIII.

Quid inter se cõmune habeant Lex *&* Euangelium, Et *rursus quibus in rebus differant.*

Sunt autem ea, quę modo diximus, sũmopere obseruãda. Hoc enim verè possumus affirmare, ignorationem differentię Legis & Euangelij plurimis maximisq; erroribus occasionẽ præbuisse, quibus hodie Christiana religio perturbatur.

Nam quod ad legem attinet, pleriq; homines, iusto Dei iudicio excæcati, nunq; animaduertunt, cui maledictioni Lex ipsa nos subijciat, & quorsum instituta sit à Deo:

Euangelium autem nihil aliud esse crediderunt, quam alteram quandam Legē perfectiorem: Ex quo errore postea nata est distinctio illa inter Præceptum, & Consilium, adeo, vt paulatim beneficium Christi fuerit penitus apud plerosq; obliteratum.

Sunt igitur ista longe accuratiº nobis expendenda.

Ac primum quidem hoc inter se commune habent Lex & Euāgelium,

geliū, Quod vnus ille verus Deus, & sui sēper similis, & huius, & illius sit author: quò fit, vt minime existimandum sit, Legem ab Euāgelio aboleri, quod ad substantiam, siue rem ipsam attinet, Sed ècontrario stabiliri, sicut mox ostendemus. Hea. 1. Rom. 10.

Nam & Lex, & Euangelium vnum eundemq; Deum, & si rem ipsab spectes, vnam eandemq; iustitiam nobis proponunt, eam videlz, quę posita est in perfecto Dei & proximi amore. Rom. 8.

Sed discrimen magnum est in hijs, quę subijciemus, ac præsertim in eius obtinendę iustitię ratione.

Lex Rom. 2.

Primum enim, vt paulo ante attigimus, Lex innata est homini, cuius nimirum cordi Deus ab initio insculpsit eius cognitionem. Nam quod multò post tempore Dominus illam tulit, duabus tabulis perscriptam, non ideo factũ est, quasi noua Lex aliqua ferretur: sed vt instauraretur vetus illa legis cognitio, quam natiua illa labes sensim in hominibus abolebat.

Rom. 7.

Euang.

Euangelium verò doctrina est, naturam ipsam transcendens, de qua ne suspicari quidem vnq; potuerunt homines, adeò, vt nunc

1.Cor.1.

quoq; illam appbare non possint absq; peculiari Dei dono.

Pate-

Patefecit autem eam Dominº primũ omniũ Adamo paulò post eius peccatum, sicut recitat Moses. Deinde Patriarchis & Prophetis, ea qua libuit mensura, Donec tandem Iesum Christum reipsa nobis exhibuit.

Gen.3.

Rom.1. Ephe.1.

Is verò nobis plenissime anũcti auit ĩpleuitq; vniuersũ Euãgeliũ, Quod nũc quoq; patefacit & ad finẽ vsq; seculorũ patefaciet prędi catione, quã in Ecclesia sua ĩstituit.

Ioh.16.

Ioh.17. Mat. 2. 2.Cor.5. Eph.4.

Secundò, Lex nobis maiestatem & iustitiam Dei veluti nudam appponit, Ideoq; nos perterrefacit, atq; adeò occidit.

Heb.12. &1.pe alias.

Euangelium autem eandem quidem nobis in Deo iustitiam ap-

ponit, sed quę sit nobis per misericordiam, in Christo exhibitam, pacata sicut copiosius ostendim⁹ Articulo Tertij capitis vicesimo-sexto.

Heb. 12.

Tertio, Lex iubet, vt in nobis queramus eam iustitiam, quam describit, quę nimirum in perfecta mandatorũ impletione posita est: ideoq; nobis exitium nostrum ob oculos ponit.

Rom. 3. Gal. 3.

Euangelium autem nobis indicat, vbi tandem nanciscì quod alioqui non habemus, Et vbi inuenerim⁹, quomodo eo potiri possimus: ideoq; nos à Legis execratione liberat.

Rom. 3. Gal. 3.

Deniq; Lex pronunctiat nos felices,

felices, si plenè eam præstiterimus:

Euangelium verò salutem promittit, si crediderimus, ideſt, si per Fidem apprehẽdimus Christum, in quo multo etiam plura insunt, quam nobis desint.

Cęterum & hoc, & illud Nẽpe, pręstare quod Lex iubet: &, per fidem amplecti, quę nobis in Iesu Christo offeruntur, nobis, (vt quidem corrupti sumus), non modo difficillimum est, verumetiam prsus ἀδύνατον, quo fit, vt quartum præterea Legis & Euangelij discrimen sit necessario adijciendum.

2. Cor. 3. Phil. 1. 2. Tess. 2.

Quartnm igitur discrimen Le-

gis & Euangilij in eo positum est, Quod Lex hactenus in nobis per se est efficax, quod morbū nostrū nobis indicat, atq; etiam exasperat: minime id quidem sua culpa, (est enim bona & sancta) Sed ideo potius, quod natura nostra, vt est corrupta, quo magis redarguitur, eò magis peccandi cupiditate exæstuat, sicut suo ipsius exemplo probat Apostolus: Rom. 7.

Euangelium vero præterq; qđ nobis certum remedium apponit aduersus Legis execrationem, hoc habet peculiare, sicut mox ostendemus, quod adiunctam habet efficaciā illam Spiritus sancti, à quo, vt suo loco diximus, regeneramur ac immutamur, quando videlz in nobis Fidem creat, vnicum illud instrumentum, quo beneficium oblatum apprehendatur. Act. 26.

Sed agè planius etiam hoc explicemus de Litera & Spiritu, qđ peruersissime interprætati sunt nonulli. DE LITERA & Spiritu.

Euangelium igitur dicimus nō esse Literam, idest, mortuam dūtaxat doctrinam, quę nudè ac simpliciter in scriptis proponat, non dico quę facienda sint, (hoc enim est Legis officiū) sed quę credēda sint, salutē videlicet in Iesu Christo gratis promitti credentibus: Sed esse Spiritum, idest, potens illud & efficax Spiritus sancti organon, quo

Rom. 1. Act. 16. quo nimirum is vtatur, vt nobis vires ingeneret, hijs ipsis rebus credendi, quę in Euangelio traduntur. ideſt, gratuitam in Chriſto Ieſu ſalutem amplectẽdi, Adeò quidem, vt Lex ipſa, quę nos in nobis condemnat & occidit, nos in Chriſto, per fidem apprehenſo, Rom 3. iuſtificet ac ſeruet.

Hæc porrò cauſa eſt, cur antea affirmauerimus, Legem & Euangelium inter ſe non diſſidere, quod attinet ad ipſam iuſtitiam, qua indutos eſſe nos oportet, vt à Deo recipiamur, & vitę ęternę participes fiamus, ſed potius in eius conſequedę iuſtitię ratione.

Lex enim eam meritò quęrit in no-

in nobis. Quoniam non reſpicit, quid præſtare poſsimus, ſed quid præſtare debeamꝰ, propterea quod homo ſua vnius culpa eo recidit, vt non ſit ſoluendo, Ac proinde ex eo, quod ſoluere non poteſt, minimè abſoluitur.

Ex eo verò conſequitur, nullam iniuriam nobis fieri à lege, ne tum quidem, cum à nobis exigit, quod noſtra culpa præſtare non poſſumus.

Euangeliũ autem ius iſtud acerbiſsimum veluti melle quodã Miſericordię temperans, ità tamen, vt de ſumma Dei iuſtitia nihil detrahatur, fideiuſſorem illum nobis demnoſtrat, qui non modo expreſsis

preſsis verbis fideiuſſit, ſed etiam noſtro nomine quicquid debebamus ad extremum vſq; quadrantē exoluit, Adeò, vt illud ipſum Legis ἀκριβοδίκαιον, quod nos in nobiſipſis percellabat, ac planè deijci ebat, nos in Ieſu Chriſto prorſus erigat ac confirmet. Cum enī vita ęterna ijs debeatur, qui legi perfectè ſatisfecerunt, Et Chriſtus Ieſus omnem iuſtitiam impleuerit, in eorum gratiam, qui per Fidem ipſum amplecterentur, efficitur p fectò, ex ipſo etiam Legis rigore fieri no poſſe, vt è ſalute excidāt, quicunq; per Fidem ſunt vnum facti cum Chriſto.

1. Cor. 1. Phil. 1.

ARTICVL. XXIIII.

Quor-

Quorſum vtatur Legis prædicatione Spiritus ſanctus.

Ex hijs, quę diximus de Legis & Euangeli, diſcrimine, facile eſt intelligere, quorſum & in quem finem Spiritus ſanctus vtatur vtriuſq; annunciatione in Eccleſia, Neq; enim dubium, quin hæc duo ad eum finem dirigat, cui ſunt deſtinata.

Quoniam igitur, quam diu natiua illa corruptio in nobis dominatur, ita cæci ſumus, vt ipſam quoq; ignorantiam noſtram ignoremus, Neq; deſinamus extinguere quantulaſcunq; illas cognitionis ſcintillas in nobis relictas, vt eſſemus ἀναπολόγητοι, adeò, vt de eo po-

Ioh. 6. Rom. 1

M. AKADÉMIA KÖNYV-TÁRA

eo potissimum nobis placeamus, in quo maximè nos oportuit nobis ipsis displicere: necesse est inprimis vt Deus, ille summè bonus ac misericors, nos eo adducat, vt penitus intelligamus, quantis & quam certis in malis versemur.

Id verò nulla meliore ratione præstari potest, quam si nobis velut indice commonstrarit, quales esse nos necessario oportet. quémadmodum ater color optimè cognoscitur, si cum albo conferatur, Rom.3. &7.

Hæc igitur causa est, cur Deus initium faciat à Legis prædicatione, in qua vna videlicet animaduertere nobis liceat, qd debeam⁹, Neq; tamé vlla ex parte exoluere posti-

possimus: ac proinde quam propè absimus ab exitio, nisi nobis aliúnde subsidium aliquod firmissimum ac certissimum affuerit.

Id autem quam sit necessariú vniuersalis ille stupor satis declarat quo Mundus iam pridem tenetur. Cum enim Lex non sit posita, vt nos iustificet (quoniã alioqui Christus frustra esset mortuus) sed ècõtrario vt nos condemnet, apertũ damnationis gurgitem nobis ob oculis ponat, Deniq;, vt commonstrata nobis nostra superbia, & nostris peccatis ordine dispositis, manifestaq; ira Dei ꝓposita, nos penitus conterat: eò tamen insanię redacti sunt iam pridem miseri mortales, Gal.2. Rom.1 Gal.3.

tales, vt pro eo, quod eos oportuerat in vno Christo per Fidem remedium quærere aduersus ea omnia, de quibus meritò possunt coram Dei tribunali coargui, non modo expectant salutem ex eo, quod ipsos condemnat, ideſt ex suis operibus, alij in solidum, alij quadam ex parte. sed etiam vltrò nouis legibus quotidie conscientias suas adstringant, quasi nimirũ
Cal. 4. & 5. Lex illa Dei absolutissima condẽnandis eis non sufficiat.

Id verò qui faciunt, non minꝰ certè insaniunt, quam captiuus qſpiam, qui patentibus carceris ianuis, non aliter liberari se posse existimaret, quam si vltrò sese in intimum

timum carcerem conijceret, & pro liberatione ꝓposita arctiores sibi compedes induceret.

Ergo, vt paucis absoluamus, hic primus est vsus prędicationis Legis, vt nobis patefiant nostra innumerabilia vitia, Q ibus ognitis, incipiamus nobis ipsis displicere, & ad gradum illum primum resipiscentię perueniamus, N pe cordis contritionem, Quam postea consequatur plena & aperta coram Domino Co fessio.

Neq; enim vnq; ad medicũ accedet, qui se optimè valere sibi persuasit: suntq; omnium hominũ ineptissimi ad lucem salutis admittendam, quicunq; se satis esse per-

spicaces sibi persuaserunt, Quoniã videlz non intelligunt, quantis in tenebris sint nati, vnde tantum abest vt emerserint, vt contra nũq; destiterint ex tenebris in tenebras sese scientes ac prudentes con ijcere.

Ioh 9

ARTICVL. XXV.

De altera Verbi Dei parte, quæ Euangelium dicitur, cuius sit authoritatis, quamobrem, quomodo, & in quem finem scriptum.

EVANGElium.

Legi succedit Euangelium, cuius vsus & necessitas optimè intelligitur ex his, quę subijciemus.

Primum omnium, sicut vnus est Seruator, ità etiam vna est salutis doctrina, quę Euangelium dicitur, ideſt, felix & optatus nuntius, à Christo & eius Apostolis plenè declaratus mundo, atq; adeò summa fide, velut in publicas tabulas relatus ab Euangelistis, vt fraudibus & astutijs Sathanę obuiam iretur.

Matt. 1. Acto. 4. 1 Tim 1. Ioh 1 Ioh 15 Ioh 17 2. Cor. 5.

Eph. 2 2. Pet. 3

Is enim alioqui multò facilius sua miseris mortalibus somnia proposuisset, specioso tamen Euangelij nomine adornata: quod ipsum facere non destitit, iusto iudicio Dei hominibus irati, vtpote qui semper suo more tenebras luci anteposuerint.

Porrò verò nos cum dicimus, integram Euangelicam doctrinã ab Apostolis & Euangelistis fuisse perscriptam, hęc tria volumus significare.

Col. 1. 2. Tim. 3. Primum, Quod attinet ad ipsius doctrinę substantiã, eos nihil penitus de suo admiscuisse, sed simplicissimé paruisse huic Dei verbo, Docete eos seruare, quęcunq; vobis præcepi. sicut constat ex ipsius Pauli verbis.

Mat. 28.

1. Cor. 11.

Deinde, Nihil penitus ab illis esse prætermissum, eorum, quę ad salutem requiruntur. Nam alioq; perfidiosi fuissent, quod nefarium est de illis cogitare. Et quam in ea re fuerint religiosi, ex Pauli & Petri testimonio liquere potest.

Act. 20. 1 pet 1

Hier. in Epist. ad Tit. Cap. 1

Itaq; Hieronymus de hac ipsa re scribens, Sine authoritate scripturarum, inquit, garrulitas nõ habet fidem.

Et Au-

Et Augustinus multo etiam expressius, Cum, inquit, Dominus Iesus multa fecerit, non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelista testatur, Multa Iesum Christum & fecisse & dixisse, quę scripta non sunt. Electa sunt autẽ quę scriberentur, quę saluti credẽtium sufficere videbantur.

August. in Ioh. Tract. 49.

Tertium est, Ità eos scripsisse quę scripserunt, vt omninm etiam hominum crassissimj & imperitissimj inde possint percipere, nisi per eos steterit, qcquid ipsorum saluti sufficit.

1. Cor. 1

Nam, obsecramus, cur alioqui scriptum est Euangeliũ ea lingua quæ tunc posset à quibusuis intelligi, Et

1. Cor. 14

gi. Et eo dicẽdi genere, quod max
1. Cor. 2. imè visum est vulgare ac popula-
re? Ideó testatur Paulus, Si oper-
2. Cor. 4. tum est Euangelium, ijs esse o-
pertum, qui pereunt, quorum sen-
sum excæcauit Deus huius secnli,
idest, incredulis.

Sed & ipsa experientia omni-
um temporum satis demõstrat, à
Isa. 29. Deo nõ fuisse vocatos doctissimos
Luc. 10. 3. Cor. 1. 3. & sapientissimos quosq;, sed è cõ-
trario plerosq; maximè rudes, Tan
tũ abest, vt doctrinam suã volue-
rit obscurare, ne q̃ busuis patêret.

Quod cum ita se habeat, duas
conclusiones hinc colligimus, ad
id, de quo agitur, maximè perti-
nentes.

Vna

Vna est, Euangelij nomine ni
hil eorũ censeri oportere, quę ho-
mines scripto Dei verbo, idest doc
trinę, in vtriusq; Testamenti libris
cõprę hensę, adiecerunt. Sũt enim
ea õnia potius merę superstitiones
& ꝓfanationes veri & vnici Euã-
gelij, sicut Paulus testatus est. Gal. 1. 2. Tim 3. Matt. 15

Sed & Hieronymus hac de re
loqués, Quod de scripturis, inquit, Hiero. in MEtth cap. 23.
non habet authoritatem, eadẽ fa-
cilitate contemnitur, qua proba-
tur.

Altera conclusio est, Eos esse Mat. 23
verè Antichristos, & instrumenta
Sathanę, q̃ veriti, ne ipsorũ frau-
des petesiãt, clamitant, certis demũ
hominib⁹ fas esse sacrã scripturam

 legere,

legere, Ac proinde nefarium esse, sacros libros in vulgata idiomata transferre, quę ab ipsis mulierculis intelligi possint.

Rom 1. Gal. 3. Matt. 11. 1. Cor. 4. 2. Pet. 1

ARTICVL. XXVI.

Ad Euangelium pertinere aliqua etiam ex parte libros, qui veteris Testamenti dicuntur.

Prętera tantum abest vt Euangelium vocemus ex vulgi more, certas dũtaxat particulas, temerè, & plerumq; sine iudicio ex quatuor Euangelistis, aut Apostolorũ Epistolis decerptas, vt ècontrario non ipsos modo noui Testamenti libros eo nomine significemus, sed etiam quicqd de Iesu Christo prædictum est in veteris Testamenti volumine.

Act. 25 Ioh. 5. Rom 1

Euan-

Euangelium enim, vt iam antea diximus, vnicum illud est, per quod Deus à condito mundo seruauit Electos suos, Ideòq; statim post Adamj peccatũ cœpit in mũdo ꝓmulgari, sicut testatur Moses: Quamuis longo post tempore fuerit reipsa exhibitum mundo per ipsum Iesum Christum, & eius Apostolos.

Heb. 13. Act. 4. Gen. 3

Rom. 1. 1. Pet. 1.

Itaq;, vt paucis absoluamus, Euangelium vocamus, optatum illud testimoniũ, quo Deus pro sua singulari & infinita bonitate iam inde à mundi initio testatus est Ecclesię suę, fore, vt qui Christum per fidem amplecterentur, fierent in ipso vitę ęternę participes.

Rom. 3. Ioh 6.

ARTI-

ARTICVL. XXVII.

SCRIPT. sacrę autho. *Quæ sit sacræ Spirituræ authoritas, & quamobrem debeat in omnia vulgata idiomata transferri.*

Cum affirmamus Euangeliũ, ita vt est à Deo in tabulas relatum Ecclesię causa, vnicum esse ordinarium instrumentum, quo Deus vtatur ad seruandos homines, quo fit, vt vocetur verbum Vitę & Reconciliationis, Non tribuimus hãc virtutem syllabis vel atramento, neq; chartulis è collo suspensis, aut certorum verborum recitationi, neq; voluminibus preciosè cõpactis, & multò thure adhibito consecratis. Absit enim, vt eiusmodi sortilegia & sacrilegia comprobemus:

Rom. 1.

Ioh. 6. Act. 5. Phil. 2 2. Cor. 5.

Sed

Sed primo loco viam omnem occludimus fanaticis omnibus reuelationibus, quibus iam pridem Diabolus consueuit homines ludificari.

Deinde hęc tribuimus Euangelio, ritè annuntiato & explicato, vt genuinus eius sensus possit ꝑcipi, et animo insculpi, vbi veros resipiscentię fructus edat per Fidem.

Rom. 10. 1. Pet. 1

Id enim apertè docent Apostoli, quos cum mitteret Christus, nequaq̃; vsus est his verbis, Ite, recitate Euangelium incognita lingua, & adorate librum, in quo perscriptũ fuerit: Sed hijs potius, Ite, annũtiate Euangelium quibuslibet mortą

Matt. 13. Act. 16 Matth. 28.

mortalibus, vt ea omittamus, quę
1 Cor.14 aduersus Corinthios ex professo differit Paulus, de præpostero peregrinarum linguarum vsu in Ecclesia Dei, absq; ꝓphetia & interpretatione.

Rom. 10 Enimuerò cum Fides sit ex auditu, quî tandem credet aliquis,
1 Cor.14. qđ nunq; cognouerit? Et quod peregrina lingua cantatur, quomodo percipi poterit.

Sed & illud quęri potest, Qui tandem poterunt miseri homines in vera doctrina cõfirmari, in tentationibus tam variis & tã multis fulciri, aduersus falsas doctrinas munirj, nisi Dauidis consilium secuti, noctes & dies consumant in me-

in meditando Dei verbo & scripturę testimonijs, diligenter inter se comparandis? Profectò ità factita- Act.17 Ioh. 5
re consueuerãt Christiani omnes, Donec, Deo nobis irato, Diabolus hanc lucem, nobis incogitantib⁹, adimeret, & densas illas tenebras iterum inueheret.

Id ita esse, testatur Petrus, laudans fidelium diligentiam, eo nomine, quod ꝓphetarũ verbis attẽderét. Norat enim dictũ illud Christi, Pasce oues meas, intelligi de predicatione verbi, Sicut Paul⁹ ipse explicauit, & reipsa cõprobauit. Act 17

Interea tamen minimè volumus vnicuiq; fas esse, sacram Scripturam in Ecclesia docere, siue interpre-

terpretari, Quum hoc munus ad eos ꝓpriè pertineat, qui ritè sunt ad eam functionem vocati, sicut infra copiosius dicemus: Sed legendam à quouis & cognocendam Scripturam dicimus, hactenus, vt in germana Verbi explicatione, quę in Ecclesia traditur, seipsum confirmet, & pseudoꝓphetas dignoscere & cauere possit.

Luc. 3
Rom. 10

Sed & illud adijcimus, tantum abesse, vt lectio sacrarum literarum, adhibito eo, quod requiritur à fidis omnibus pastoribus, nempe, vt eas fideliter interpretẽtur, Non autẽ vt de integrò Christum offerant, vel lingua peregrina vociferentur: tantum, inquam, abesse,

1 Cor. 4
2 Cor. 5
Heb. 10
2. Cor. 14.

esse, vt ea res pariat dissidia & hęreses. vt è contrario cõtendamus, nulla alia ratione ꝓsse ex hominum cordibus hereses extirpari.

2 Tim. 3

Deniq;, quisquis sacrorum librorum lectione hominibus interdicit, sciat sese omnẽ spem certę consolationis ac salutis illis adimere.

Rom. 15
Iac. 1
Luc. 1
Act. 13
Eph. 1

ARTICVL. XXVIII.

Quomodo vtatur Spiritus sanctus externa Euangelij prædicatione, ad fidem in Electis gignendam, & ad indurandos reprobos.

Quemadmodum exterior prę dicatio Euangelij est odor mortifer rebellibus, qui aduersus illam semetipsos indurant: ità odor est viuificus filijs Dei.

2 Cor. 2

Id verò non accidit, quasi vis illa saluifica, vel ipsis vocabulis, vel ipsius Verbi Ministris insit, Sed ideò potius, quod Spiritussanctus, de cuius officio nunc disserimus, hac externa prędicatione veluti canalj ac vehiculo quodam vtens, ad intimas vsq; mētis partes penetrat vt testatur Apostolus, Vt, pro sua bonitate ac misericordia, primum omnium reddat intelligentiā Filiorum Dei capacem cognoscendi mysterij salutis in Christo Iesu.

Hb 4 Iac 1 1. Pet. 1

Act 6 Eph. 1

Deinde etiam, vt eorū iudiciū iustauret, vt tanq̄; Dei sapientiam appꝓbent id ipsum, quod sensus carnis habet pro stultitia.

1. Cor. 3.

Præterea, vt eorundem volūtatem

tem mutet et corrigat, adeò, vt ardenti studio amplectatur, & sibi applicet remedium illud vnicum, in Iesu Christo oblatum, aduersus desparationem, in qnam necesse esset incidere & impelli per Legis prædicationem.

Phil. 1 Act. 13

Ita igitur Spiritus Sanctus per Euangelij prędicationē vulnus sanat, quod prædicatio Legis aperuit, & deterius effecit: Ita, inquā, Spiritus Sanctus per Euāgelij prędicationem in nobis creat Dei donum, cuius ea vis est, vt statim in Iesu Christo apprębendat, quicq̄d ad salutem requiritur, sicut antea demonstrauimus.

Eph. 2

Rom. 6

ARTICVL. XXIX.

De altero fructu prædicationis Legis, qui consequitur efficacem Euangelij declarationem.

Ostendimus hoc esse non minimum effectum Iesu Christi in nobis habitantis, quod in nobis creet cor mundum, vt sciamus, velimus & faciamus quę Dei sunt, id est, vt Deo placere libenter studeamus, pro eo, quod antea eramus mancipia peccati, hostes Dei, & ad omnem bonam cogitationē prorsus inepti.

psal. 51 Hier. 24 Phil. 2. Rom. 7. Rom 6. Eph 2. 2. Cor. 3.

Hæc vero causa est, cur, nostra mutata conditione, prędicatio Legis aliter etiam in nobis operetur, adeò, vt cum anteà nos terreret, incipiat nos consolari: Quumq; paratam nobis condemnationē ostendere-

1. Ioh. 2 2 pet. 1

tenderet, præeat nobis, vt bonorum operum iter ingrediamur, ad quę videlicet prępărati sumus, vt in eis ambulemus. Ier. 31 Rom. 7 Eph. 2

Deniq;, vt, cum anteà nobis esset durum & intolerabile iugū, grata & iucunda nobis existat: si hoc vnum excipias, quod magna in nobis tristitia relinquitur, ex eo qđ propter reliquias carnis, cōtra Spiritum certantes, non possumus omni ex parte præstare quod volumus. Nihilominus tamen, quoniā fides, quę certum est testimonium Spiritus Dei, clamantis in cordib⁹ nostris, certò nobis affirmat, maledictionem Legis deletam esse sanguine Iesu Christi, quo cum Matt. 11 Rom. 7 rom. 8

per fidem coniuncti sumus: Et eadem fides nos certiores facit, fore, vt tandem aliquandò Spiritus superior euadat, Atq; adeò vt mors ipsa nobis ad certam victoriam aditum patefaciat.

Ioh. 5
1 Cor. 15
Heb. 2

Idcirco omnis illa tristitia nullam in nobis desperationem gignit, sed efficit potius, vt eo ardentius Patrem illum cœlestem inuocemus, à quo in dies magis ac magis confirmamur.

Ita fit, vt quibusdã velut gradibus vera in nobis conuersio, siue pœnitentia, vel resipiscentia potius perficiatur, vt pote quę incipiat (sicut suo loco diximus,) à seriò

peccati sensu, (quem vulgo contritionem appellant) & desinat in veram emendationem hominis interioris, & exterioris.

Phil 3

Quãobrem hinc quoq; colligimus, eos, quos seriò pœnitet, necessariò sua peccata confiteri, apud eos q dẽ, quorũ interest, ideſt, quos priuatim offenderunt, vel etiam apud Ecclesię cœtum, cum ita opus est: Atquę etiam, quoad eius fieri potest, illis satisfacere. Quoniam si hęc absint, fictam esse pœnitentiam consequitur.

CONFESSIO.

SATISFACTIO

Ex his verò facile animaduerti potest, veram Confessionem, quę à Deo cõstituta est, non modo nõ repudiari à nobis, sed etiã vt necessarium

sarium requiri. Quamuis minime velimus conscientias torquere cõmentitia illa confessione auriculari, ab hominibus excogitata: &, quod ad Deum attinet, nullam aliam satisfactionem agnoscamus, quam vnicum Iesu Christi sacrificium.

ARTICVL. XXX.

DE SACRAMENTIS. *De altero instrumento, quo vtitur Spiritus Sanctus, vt nos efficiat Iesu Christi participes, & quibus de causis Dominus non acquieuerit in nuda & simplici predicatione verbi.*

Diximus Sacramenta esse alterum illud instrumentum, quod adhibet Spiritus Sanctus, vt nobis applicet, quicqd ad salutem nostrã requiritur.

V. de August. lib. 2. de Doct. Christiana. Cap. 1 2 3 4

Quoniam autẽ vocabulũ Sacramenti

cramenti interdum significat omne signorum genus, quę sacris & spiritualibus rebus significandis adhibentur: idcirco eius vocabuli significatio inprimis accommodãda est ad id, de quo agere constituimus.

Illud igitur primum omnium sciamus oportet, Deum nostrum, cũ, pro summa sua misericordia, vti constituerit misera nostra natura, ad bonitatem & patientiam suam declarandam, noluisse nobis simpliciter dumtaxat seipsum patefacere, & viam nobis ad salutem quasi eminus cõmonstrare: (Quãuis hac etiam in re vtatur incomprehensibili quadam clementia &

V. de Chrisost. homil 83 in Matheum.

misericordia, dum ad declarandã nobis suam voluntatem vtitur hominum ipsorum opera, & nobiscũ instar nutricis veluti balbutit) sed prẽterea, vt infinitè bonum & clementem sese nobis præberet, ad Verbi prędicationem adijcere voluisse quosdam ritus, quibus homines, etiam maxime crassi & rudes, excitarentur, ad certò sibi persuadendum, Deum minime cum hominibus ludere, cum æternam vitam eis in morte Filij sui proponit.

Deut. 18. Phil. 2. 2. Cor. 5. 1 Tess. 2.

Ea enim vis est istorum, siue signorum, siue rituum, vt omnes sensus non aliter cogant Euangelij prmissionibus assentiri, quam si in

si in rem ipsam prẽsentem adducerentur.

Non dissimili ratione (si libeat incomprehensam Dei bonitatem humanis quibusdam similitudinibus adumbrare) hunc morem videmus in plerisq; iudicum tribunalibus obtinere, vt cum rei cuiuspiam vel dominium, vel possessionem alicui attribuerint, quasdã præterea cẽriminias adhibeant, quibus ille in possessionem mittatur.

Ita etiam in ciuilibus contractibus, Quamuis publicus tabellio testium nomina adscripserit, & ipsi instrumento sũbscripserit, Solet tamen ciuitatis, aut principis si-

Pis sigillum apponi, vt prorsus validum & authenticum instrumentum habeatur.

Deus igitur noster iam inde ab initio non contentus Adamo significasse gratiam illam, qua constituerat Ecclesiam suam seruare in Filio suo, adiecit sacrificia, vt viuas vnici illius sacrificij figuras, per quas videlicet Ecclesia in spe futurę Redemptionis confirmaretur. Heb. 12.

Deinde verò cum hoc ipsum fœdus Gratię & Misericordię cum Abrahamo rursus sanciret, adiũxit Circumcisionis sacramentum, Demum Mosis temporibus Agnũ illum Paschę, cum alijs cærimonijs penè Gen. 17 Exo. 12

penè infinitis, quę totidem erant imagines eorum, quę Christus suo tempore impleret, Sicut Apostolus copiosè & luculenter in epistola ad Hebræos ostendit.

Tandem autem cum aduenisset tempus à Deo constitutum, Iesus Christus omnes illas futuri sui aduentus figuras aboleuit: sed ità, vt quamuis veteres illas vmbras suo fulgore dispulerit, & mundũ docuerit puriore quadam ratione, ideſt, in Spiritu & veritate Deum colere: nihilominus tamen crassę illius & rudis nostrę naturę maximam habuerit rationem: atq; ob eam causam, quò melius fidem nostram aleret ac foueret, pauca Ioh 4

quę-

quędam signa exteriora adiunxerit æterni verbi prędicationi.

Nam & si Iesus Christus nobis regnum æternum morte sua iam acquisiuit, tamen quamdiu in hoc mũdo hęremus, non aliter illud possidemus, quam spe & expectatione, in qua necesse est, vt quotidie magis ac magis cõfirmemur, ne animum despõdeamus.

Rom 8. 2. Cor. 13

ARTICVL. XXXI.

Definitio Sacramenti.

Ex istis facile est intelligere, quid voce nus Sacramentum in tota ista tractatione, Certa nimirũ signa, siue certas notas ac visibilia testimonia, à Deo ipso constituta in perpetuũ vsum Ecclesię, in hoc mundo

mundo peregrinantis: & eius authoritate adiunctis promissionib⁹ Euangelij, de gratuita Iesu Christi salute, vt eo efficatius velut nostris sensibus externis demõstraret, quod nobis p verbũ declarat, Et per Spiritum sanctum in cordibus nostris efficit, cum salutem illam, quam sola spe & fide in hoc mundo possidemus, in cordibus nostris obsignat.

Rom. 6 Gal 3 1. Cor. 10. Augustin Ioh. Homil 80. Rom 8 Rom. 4.

Præterea, vt sacra & solennis cærimõia nobis quotidie memoriam renouaret omniũ officiorum quibus præstandis & ipsi⁹ Maiestati, & proximis nostris obstricti sumus ex fœderis formula, qua nimirum tenemur, eius Spiritus virtute

1 Cor. 10 Rom. 9. Ephe. 6

virtute freti, fortiter & constanter aduersus Carnẽ, Mundum & Sathanam certare, eũq; pro Deo nostro colere, & proximos nostros propter eum, non aliter quam nos ipsos diligere.

ARTICVL. XXXII.

DE SACRAMENTORVM veteris & noui Test. discrim.

Quod sit discrimen inter veteris & noui Fœderis Sacramenta.

Hæc definitio vtriusq; fœderis Sacramentis communis est, in quibus tamen hæc discrimina obseruanda sunt.

Primum, Quod vetera illa constituta sunt ea conditione, vt Christum venturum commonstrarent, ac proinde vt in ipsius aduentu desinerent: Noui autem fœderis

1 Cor. 10 August cõ. Iaust lib. 19 cap 14. 1. Cor 10 Heb. 10 Heb. 12

deris Sacramenta ad consummationem vsq; seculi stabilita sunt.

Alterum discrimen est in signis & ipsis ritibus, multum inter se diuersis, vt res ipsa demonstrat.

August lib. 1. contra Pelag cap. 37 Item, Hom 6 & 45 in Ioh.

Tertiò differunt numero, & ipsa, vt ita loquamur, significandi mensura. Nam, vt præclarè inquit Augustinus, pauciora habemus Sacramenta, quam veteres, Sed salutiora, & vberioris significationis, ac proinde maioris efficatię ad fidem nostram confirmandam, & promissiones in cordibus nostris obsignandas.

August in Epist. ad Ianuarium Et. lib. de Doct Christ cap 9

Et hęc quidem sunt discrimina Sacramentorum veteris & noui fœderis. Nam alioqui vnus & idẽ

Deus author est vtrorumq;, Et idem omnium est scopus, Nempe Iesu Christi participatio ad vitam æternam, sicut testatur Paulus, & cõfirmat quoq; diserte Augustin°.

1 Cor. 10 Rom. 4 August. in Ioh. Tract. 26 & sæpe alias.

ARTICVL. XXXIII.

Quibus notis vera Sacramenta ab adulterinis distinguantur.

Cum ex ipsa definitione liq̃at, Sacramenta esse à Deo constituta tanq̃; σφραγίδας Euangelicę doctrinę, quę in Ecclesia Dei annuntiatur, ex eo consequitur, vbi nullum est Dei verbum, ibi nullum vel fidei, vel Sacramentis locum relinqui, Ex quo rursus duo efficiuntur magnopere obseruanda.

August. in Ioh. Homil 13. & 30.

August.

Vnum,

Vnum, Cerimonias omnes ac ritus, ab hominibus excogitatos, vt pars essent diuini cultus, totidé esse sacrilegia. Quemadmodum enim vnius Dei est promittere, ita penes vnũ illum residet authoritas sigilli constituendi, & suis ꝓmissionib° apponẽdi. Quicunq; igitur eo proruperunt audacię, vt vel noua Sacramenta fabricarent, vel hijs, quę à Deo constituta sunt, aliquid adijcerent, vel detraherent, crimine falsi tenẽrur, Quó fit, vt Ecclesię nostræ in hijs acquiescãt, quę De° verbo suo constituit.

Gal. 1. 1. Cor. 12

Alterum, Vbicunq; Verbũ Dei non prędicatur in ipsa Sacramentorum administratione, sed dum-

taxat recitatur, idq; peregrina & incognita lingua, & infinitis homi num cõmentis atq; adeò blaſphe-mijs contaminatum, ibi horrendã Sacramentorum Dei pollutionem interuenire, à qua fideles omnes toto pectore neceſſe eſt abhor-rere.

ARTICVL. XXXIII.

De hijs, quæ communia ſunt Verbo & Sacramentis.

Ad illa, de quibus diximus, adijcere etiam oportet tractationẽ, ex qua intelligatur, quid inter ſe cõmune, & quid proprium ac peculiare habeant Verbum & Sacramenta.

Primum igitur hoc eſt vtriuſq; com-

commune, quod vtraq; ſunt inſtrumenta, quibus vtitur Spiritus Sanctus in eundẽ finem, Nempe, vt nos magis ac magis cum Chriſto vnum efficiat, ex quo poſtea ſalutem noſtram hauriamus. Rom. 4. 1 Cor. 6

Secundò, Quod Spiritus ſanctus ita vtitur & predicato Verbo, & Sacramentis, tanq; inſtrumentis gratiæ ſuæ, vt nihilominus tamẽ ſuam efficaciam in illa inſtrumenta non tranſferat, Sed efficacia & virtus omnis ab eo vno promanet.

Tertiò, quẽadmodum antea diximus, Verbi prædicationem nihil nos iuuare, niſi inprimis ità nobis annuntietur, vt à nobis poſſit intelligi: Deinde, Niſi quod per illud

proponitur & offertur, ideſt, Ieſ⁹ Chriſtus, cum omnibus ſuis donis per fidem applicetur auditorũ cordibus: ità etiam de Sacramẽtis ſentiendum eſt.

Niſi enim ad ea percipienda fidem afferamus, ideſt, vnicum illud inſtrumentum, per quod percipiamus, quod nobis ipſa Sacramenta annuntiant & teſtantur, tantum abeſt, vt nobis ad ſalutem proſint vt econtrario, quoniam illã negligimus, aut potius Chriſtum in ipſis aſpernamur, condemnationem in nobis obſignent.

Auguſt. in Ioh Homil. 2. 1. Cor. 10 2. pet 3 Act. 5. Aug. de Doct Chriſt. lib. 3. c. 9.

Interea tamen ſicut Euangelium ſemper eſt ſuapte natura verbum vitę & ſalutis, quamuis ab incre-

incredulis vertatur in odorẽ mortiferum: ita etiam Sacramenta in ſeſe non deſinunt vera eſſe Sacramenta, quamuis ab indignis, aut reprobis etiam hominibus, vel adminiſtrentur, vel percipiantur. Neq; enim poteſt hominum improbitas naturam diuinę ordinationis peruertere.

Aguſt. in 10h Homil 26. Item lib cõ Parmen. 2 cap. 8. Itẽ, cu. pet il. lib 2, cp. 22.

Quartò, Quemadmodũ preſtãtiſsimum quoduis ſemen fructum nõ edit eo ipſo momẽto, quo ſeritur, ſed neceſſe eſt, vt aliquãdiu in terra reſideat: ita etiam ineptè fecerit, qui virtutem & fructum, aut Verbi, aut Sacramentorum ad illud temporis momentum reuocarit, quo predicatur Verbum,

& administrantur Sacramenta. Cum & illi°, & istorum fructus in electorum animis eo demum tempore sese exerat, quod est à Deo constitutum.

ARTICVL. XXXV.

Quid habeant proprium & peculiare Sacramenta, eius finis respectu, propter quem à Deo sunt constituta.

Et hęc quidem præcipue sunt Verbo & Sacramentis cõmunia, quibus nunc subijciemus, quid sit & illi, & istis ꝓprium.

Primum, Quoniam constat Sacramenta esse veluti Verbi appendices, & in eum vsum adhiberi, vt obsignent, quod iam nobis inest, Nempe, nostram cum Iesu Christo communionem, ex eo etiã liquet

August. in 1. h Homil 25.

Rom. 4

liquet, oportere, vt in adultis hominibus simplicis verbi prędicatio antegrediatur, vna cum clara fidei ꝓfessione, anteq̃; ritè cuiq̃; exhibeantur

Videatur omnes veteres scriptores natim Iustin Apologeticus.

Nam quod attinet ad paruulorum Baptismum, peculiaris quędam est habenda illorum ratio, sicut suo loco dicemus.

Itaq; in nullam Ecclesiã, rectè constitutã, vllus paganus vnq̃; fuit admissus, nisi qui Catechumenus fuisset, & fidei confessionem prius edidisset, quam ad Baptismũ reciperetur: Quam ob causam etiam Paulus agens de Cæna Domini, requirit, vt quisq; seipsum probet, quod sanè facere non possit, 1 Cor. 11.

qui ꝓbationis regulam, ideſt, doctrinam, non teneat.

Auguſt. Queſt. in Leuit. 7. 84

Secũdò, Poteſt verbũ eſſe abſq; Sacramẽtis, vt in quotidiana verbi explicatione, tum priuata, tũ pub. eaq; etiam efficaci, vt in Cornelio apparuit: Sacramenta verò abſq; verbo non ité Nam inſtrumenta nonunq; valida ſunt etiã non appoſito ſigillo: eſt autẽ ſigillum inutile, adeòq; ſigilli nomen non meretur, niſi ſit appoſitum inſtrumẽto, eius confirmandi cauſa.

Acto. 10. Auguſt. in Ioh. Homil. 25.

Rom. 14 Ioh 3. Heb. 12

Tertiò, Cum abſq; fide nulli pateat aditus ad Chriſtum & vitã æternam: Et predicatio verbi ordinarium ſit inſtrumẽtum Spiritꝰ Sancti ad Fidem in nobis ꝓcreandam,

dam, conſequitur, prædicationem verbi, eamq; efficacem requiri in omnibus adultis, ad hoc, vt ſeruari poſsint. N ſi cum Deo libuit extra ordinem operari in eorum cordibus.

Agit Deus & extra ordinar.

Sed alia eſt Sacramẽtorũ ratio. Cũ enim ſola fide percipiatur res ipſa Sacramentorũ, fides ad eorum perceptionẽ afferatur neceſſe eſt, ne indignè percipiatur Iã verò qui fidem habet, Chriſtum habet, ac proinde vitã æternam. quò fit, vt prius nos oporteat veluti ius & titulũ, vt loquuntur, in Regnũ cœleſte habere, quam dignè poſſimꝰ Sacramenta percipere: Tantum abeſt, vt qui fidẽ habet, nec potuit

Heb. 11

Ioh. 6.

Act. 4

Sacra-

Sacramentũ potiri, propterea certa spe salutis excidat.

Quæ necessitas Sacramentorum.

Itaq; non eò vsq; pertingit necessitas percipiendorum Sacramẽtorum, vt sine exceptione quisquis Sacramentorum non fuerit potit', salute excidat: sed hactenus duntaxat, vt qui ea spreuerit, cum sese infidelem declaret, reus sit mortis æternę, Nisi culpam agnouerit, & resipuerit.

Bernard. Epist. 77.

Rectè igitur testatus est Bernardus, Non damnare Baptismi priuationem, sed contemptum.

Non potest autem videri Sacramenta contempsisse, cui non licuit ea ita percipere, vti sunt à Domino constituta. Et absit, vt vllos necessitatis casus imaginemur, in quibus liceat ordinationem Domini violare, Sicuti sanè faciunt, (vt nobis quidem videtur) qui baptizandi ministerium ad mulieres, vel priuatas vllas personas transferũt: Qui q; extra publicum cœtum, & temporibus in Ecclesia non vsitatis, Cænam Domini administrant.

Quartò, Cum simplex verbi predicatio vnum duntaxat ex qnq; illis nostris sensibus feriat: Sacramenta verò preterea in oculos incurrant, & reliquos etiam nostros sensus excitent, atq; adeò, adhibitis maximi momenti ritibus, administrentur: facile intelligi potest,

Sacramẽtorũ vsus quàm ad nostræ conferat.

Chrisost. in Matth. Homil. 83.

test, quantum illorum vsus fidei nostrę conferat, vtpote quę nos veluti in rem præsentem adducãt, quasi Christum ipsũ quodammodo manibus iam palpemus, & oculis cernamus, & toto corpore sentiamus. Tantum abest igitur, vt aspernemur Sacramenta, vt è contrario fateamur, illorum vsum & commoda non posse satis cõmendari, & ꝓ sua dignitate prędicari.

ARTICVL. XXXI.

Duo tantum esse Sacramenta Christianæ Ecclesiæ.

Eiusmodi Sacramenta, quorũ vsus in Ecclesia sit perpetuus & vniuersalis, duo tantum esse censemus ex Dei verbo, consentientib⁹ etiam

etiam nominatim Augustino & Ambrosio: Baptismum videlicet, qui circumcisioni successit, & reliquis Legis purificationibus: & Cœnam Domini, quã agnus Paschę adumbrauit.

August. de Doct. Christ. lib. 3 cap. 9 Ambrosi in Tract. de Sacramentis.

Hæc igitur vt penitus à nobis cognoscantur, primum de illis in genere, deinde de vtroq; seorsim agemus.

ARTICVL. XXXVII.

Quatuor esse præcipua capita considerandæ in Sacramentorum explicatione.

Quatuor præcipue cõsideram⁹ in hac tractatione de Sacramẽtis.

Primum, Quę & cuiusmodi sint signa, Et quo sensu signa dicantur.

Secun-

Secundò, Quid nam illud sit, quod per illa significatur.

Tertiò, Quę sit signorum & rej coniunctio.

Quartò, Quomodo tum signa, tum res ipsas percipiamus.

ARTICVL. XXXVIII.

I. CAPVT. *Quid sit signum, & quamobrem Deus res penitus vulgares in constituendis Sacramentis delegerit.*

Signorum nomine vtimur in explicandis Sacramentis, non vt inane quiddam significemus, perinde ac si res quępiam nobis vel in pictura, vel nuda quapiam nota vel figura significaretur: Sed vt declaremus, Dominum, pro sua insigni bonitate, externis & corporeis rebus vti, nostrę infirmitatis sublc-

sublcuãdę causa, ad res maximas, & diuinissimas, quas intus nobis verè per Spiritum suum cõmunicat, externis nostris sensibus adũbrandas: adeó, vt non minus verè donet rem ipsam, (de qua mox dicemus,) quam externa illa & corporea signa.

Præterea, Signorum vocabulo nõ tantum comprehendimus corporea illa, vt aquam in Baptismo, panem & vinum in Cœna Domini: sed hoc etiam nomine comprehendimus ipsas cærimonias, siue ritus ipsos mysteriorum, qui minime sunt inanes. Quó fit, vt his quoq; nihil etiam addendum aut detrahendum putemus.

bariatur, miram quoq; conuenientiam & analogiam habent cum his rebus, quarum viuę sunt imagines, propter characterem, illis ex Dei verbo impressum.

Ex his ergo consequitur, omnem Sacramentorum rationē abijs tolli, qui tradunt, substantiam signorum quasi magica quadam incantatione, vel mutari, vel aboleri.

ARTICVL. XL.

De mutatione rerum corporalium in Sacramentis.

Signa igitur in Sacramentis, neq; quoad substātiam, neq; quad qualitates mutātur, sed dūtaxat quoad finem & vsum, cuius gratia in Eccle-

Ecclesia Dei proponuntur: Quòniam videlz incipiunt nobis vere significare res planè cœlestes & diuinas, idq; non ex sui natura, sed ex sibj Dei ordinatione.

Est enim aqua, si naturalem vsum spectes, ad abluendas corporis sordes comparata. Panis autem & vinum ad hanc sustinendā vitam: quę res in Sacramentis lōgè alium in finē adhibentur, Nempe, vt nostrę salutis mysteria velut nostris oculis subijciant, Sicut mox explicabimus.

Quod si libet quibusdam humanis similitudinibus res istas tam sacras illustrare, non dissimilem rationem esse dicemus cerę, quę vel

Ierro. lib. 4. cap. 24.

Principis, vel ciuitatis alicuius impresso signo adhiberi solet, publicis instrumentis confirmandis, vtpote quę natura, vel substantia nihil à quauis cera differat, sed vsu longè lateq; dissideat, adeò, vt qui cereum eiusmodi signũ corruperit, capitali lesę Maiestetis crimine teneatur.

ARTICVL. XLI.

Vnde proficiscatur mutatio rerum, quæ in Sacramentis adhibentur.

Mutatio hęc minimè pendet à recitatione vllorum verborum, sicut Sophistę & impostores tradunt, sed à Dei ordinatione, in ipsius verbo comprehensa.

Est igitur Verbum, ideſt, ipsa insti-

institutio Christi, sicut ab Euangelistis & Paulo explicatur, veluti ipsa sacramentalium signorum anima. Quoniã, (sicut in verbo nobis declaratur) aqua, panis & vinum fiunt Sacramenta, ideſt, vera signa & sigilla eorum, quę nobis in verbo promittuntur, & per ipsa verè significantur.

ARTICVL. XLII.

Mutationem hanc non esse perpetuam.

Cum hæc mutatio vsũ duntaxat eumq; publicum in Ecclesia respiciat, ex eo efficitur, extra Sacramẽtorum administrationẽ, siue actionem ipsam mysteriorum, nullũ ei locum reliquí, quò fit, vt quicunq; vel aquę baptismi sanctitem

tem aliquam affingunt. vel pănẽ cœnę vt rem aliquam cœlestem, ne dum ipsum Domini corpus, circumferunt & adorant, teneantur duplicis idolatrię crimine, Cui nihil prorsus habent, quod meritò prætexant.

Primum enim execranda est superstitio, ad signa, quę in terris sunt, eum honorem trãsferre, qui ad eum vnũ spectat, qui in cœlis est.

Deinde, Cum extra baptismi actionem, nec aqua sit Sacramentum, sed aqua simplex: Nec panis aut vinũ sint corporis & sanguinis Domini symbola, sed panis dũtaxat & vinum, ne Sacramenta quidem

quidem adorant religiosi isti homines, cum hæc adorant, sed meras & simplices Dei creaturas, quę si loqui possent, proculdubio tantum sceleris suis cultoribus exprobrarent.

ARTICVL. XLIII.

De Re ipsa Sacramentorum. CAP. II.

Promissiones quibus adhibentur Sacramenta, quasi authentica quędam sigilla, in vnum Christũ respiciunt. Itaq; ipse Iesus Christus in primis, deinde omnes opes, quas in sese habet, vnicum illud sunt, quod nobis clementissimus Pater donat ad vitam ęternam, sicut per signa visibilia verè & certò nobis significat. Et sicut so- Gal 3 1. Cor. 10

nat verbum signis adiunctum, vt fides, per quam vnam possumus oblatum illum thesaurum recipere, magis ac magis in nobis excitetur, ac confirmetur.

Et quoniã hęc nostri cũ Christo coniũctio singula Ecclesię mẽbra respicit, ideó mutuo illa coniunctio, quę inter eiusdem corporis membra vigere debet, alter est Sacramentorum finis.

ARTICVL. XLIII.

Qu modo Res ipsa, ideſt Iesu Christus, dicatur cum signis coniungi.

Non dubium est, quin Deus, q summè fidelis est, præter signa visibilia, rem ipsam quoq;, ideſt Iesũ Christum vna cum omnibus ipsius

sui opibus, verè & absq; vllo dolo fruendum semper offerat: Qua ratione dici potest ac debet, (Dei videlicet promittentis respectu) res ipsas cum signis semper & verè esse coniunctas.

Id autem fit non certa quapiã virtute vocabulorum, vel syllabarum, sicut Magi & fascinatores existimant: neq; vllo coniunctionis modo naturali vel locali, vt loquuntur: (neq; enim Iesu Christi corpus est imaginarium, vel inuisibile, vel incircumscriptum, vel deniq; vllo modo infinitum) Neq; ꝓpter aliquam sanctimoniã eius, qui hęc sacra peragit: (pendẽt enĩ ista à solius Dei, non autem hominum autho-

authoritate) sed sola Spiritus-sancti potentia & virtute, qui effi cit, vt ille ipse Iesus Christus, qui nunc, quatenus homo est, non est alibi quam in cœlis, sicut scriptura testatur, nobis tamen, qui in terris sumus, non minus verè donetur, quam signa ipsa, de quibus diximus: quatenus videlicet fides nostra, eum contemplans in Sacramẽtis, sicut expressa promissio testatur, in cœlum vsq; conscendit, vbi verè eum complectitur magis ac magis, & credentium animis insinuat.

ARTICVL. XLV.

Distinctio Signorum & Rei.

verissima quidem & arctissima est is-

est ista coniunctio, Sed in qua tamen illud magnopere est obseruandum, non esse abolendam signorum substantiam, siue materiã: Neq; signa cum rebus esse confundenda, sed distinguenda, vt pote quę coniunctim quidem, sed distinctè tamen, à Deo nobis donentur, ità, vt sępenumero, (quemadmodum mox ostendemus) qui signa sumit, nihil minus quam rẽ ipsam percipiat.

ARTICVL. XLVI.

Quomodo tum Signa, tum Res ipsas percipiamus. CAP. IIII.

Quoniam, vt modo diximus, ità sunt coniunctę res ipsę cum signis, vt tamen vnum ab altero disting- Ireneus. lib. 4. cap 24.

distinguatur, affirmamus signa exteriora naturali modo percipi, tum à fidelibus, tum ab infidelibus, sed conttario prorsus euentu.

Quoniam enim fideles, præter signa, res etiam ipsas percipiunt, inde nimirum consequuntur fidei confirmationem, ad salutem & vitam æternam: Infideles verò, quoniam sola signa percipiunt, & ità quidem, vt res ipsas, quas Deus illis non minus verè, quam signa offerebat, suo contemptu polluant, quantum in se est, & contumelia afficiant, iudicium & condemnationem sibi sumunt. Et hęc q̃dẽ de signorum perceptione.

Quod

Quod autem ad rem ipsam attinet, idest ad Iesum Christum cũ omnibus ipsius opibus, iam antea demonstrauimus, fidem esse vnicum illud instrumentum, per quod Christus à nobis apprehẽditur. Hic verò consequitur, rem ipsam Sacramentorum ab eo non posse percipi, qui fidem non afferat, Et è contrario ab eo verè percipi, qui veram fidem afferat, Idq; non dẽtibus, aut ventre, aut vllo crasso & corporali modo, vel qui veritati & ascensioni corporis Domini repugnet, sed spirituali modo per fidem: eoq; non minus certo & efficaci, quam si naturalis esset.

August. Serm. de Sacramen. in secunda feria pasche.

In Lib. Sent. prosperi. Innocentius lib. 3, cap 4.13.14 Cypr. De Cæna Dor. August. in Ioh Tract. 25. Origen. in Mat, cap 15

Tanta

Tanta enim est fidei virtus, aut Dei potius, cuius verbo & Sacramentis fides credit, non vt Christi carnem è cœlis eliciat, (ibi enim mansura est, donec ipse veniat iudicaturº viuos & mortuos, sicut scriptura testatur, cui fides reluctari nec vult, nec potest) sed è contrario sese in cœlum vsq; subuehat, promissionibus Dei freta, ibiq; verè & efficaciter Christo illos vniat, & vt ita loquar, incorporet, in quorum animis ipsa inest.

Act 3.

Quapropter etiam in latina Liturgia, iam olim recepta fuit vox illa, Sursum corda, Quibus verbis iubebantur fideles non obstupescere in externis signis, sed illis potº tanq;

tanq; scalis vti, vt in cœlum vsq; ad Christum penetrarent.

ARTICVL. XLVII.

Applicatio superioris doctrinæ ad Baptismi Sacramentum.

Signa Baptismi vocamus, primum omnium aquam, Deinde cærimonias eius substantiales, in verbo Dei præscriptas, Quibus nefas esse arbitramur quicq; adijcere, vel detrahere: Nempe aspersionẽ aquę, moram sub aqua, & emersionem ex aqua.

Res ipsa Baptismi est, aspersio sanguinis Iesu Christi, in remissionem omnium peccatorum, & imputationẽ iustitię ipsius, quę velut oculis nostris subijciuntur,

Act 22 Rom. 6 1. Cor 6 Eph 5 Tit 3. 1. pet 3. Gal. 3. Col. 2.

P adhi-

adhibito externę aſperſiõis ſigno.

Præterea, Mortificatio & ſepultura veteris hominis, ideſt, natiuę noſtrę corruptionis, quę in nobis perimitur & ſepelitur virtute mortis & ſepulturę Ieſu Chriſti. Quã ob cauſam dicimur Chriſtũ induere in Baptiſmo, & cũ eo crucifigi & ſepeliri, Sicut nobis in Baptiſmo repreſentat mora illa ſub aqua, tantiſper, dum q baptizatur, emergat.

Deniq; Regeneratio noui hominis in ſpem certam reſurrectionis
1. Cor. 15. Ieſu Chriſti (quo ſenſu videtur Paulus dicere, eos qui baptizãtur, baptizari pro mortuis) verè repreſentãtur, eo, qd baptizat° ex aqua velut ex ſepulchro emergit. Præ

Præterea, Baptiſmus complectitur externam & ſolennem chriſtianę religionis profeſsionẽ, per quam videlicet obſtringimus nos Ieſu Chriſto, agnoſcendo pro vero & vnico ſeruatore, & vitę mutua charitate tranſigendę, Cum vno baptiſmo in vnum Spiritum baptizemur, vt cum vno Chriſto coalescamus. 1. Cor. 12. Eph 4

Verbum Dei voramus in Baptiſmo, ordinationem Ieſu Chriſti, cum promiſsione vitę ęternę coniunctam, cuius hęc eſt formula, Baptizate in nomen Patris, Filij, & Spiritus ſancti: Quicunq; crediderit, & baptizatus fuerit, ſeruabitur. Matth. 28 Mar. 16.

Analogia siue conuenientia Rei cum Signo maximè est apta & perspicua. Neq; enim vllum est elementum aptius abluendis corporis sordibus, quam aqua, Ideòq; aptissimum est fidei nostrę representando sanguini filij Dei, per quem vnum Ecclesia purificatur. 1. pet. 3

Praterea vna eademq; Baptismi forma, in vnum eundemq; finem omnibus communis, optimè testificatur summam illam coniunctionem omnium eiusdem corporis membrorum. 1 Cor. 12 Eph. 4

Modus percipiendorum signorum naturalis est.

Res autem ipsę nobis cõmunicantur, Dei quidem donantis respec-

respectu, per vnicum Spiritum sanctum, qui gratis operatur in electis omnibus. Ioh. 1. Act. 11 1 Cor. 12

Vtitur autem Spiritus sanctus, seipsum imbecillitati nostrę accõmodans, primum quidem homine mortali, ad hoc ministerium in Ecclesia designato. Mat. 18

Deinde verbo clarè pronunciato & explicato, vt per fidem apprehendatur. Eph. 5 1 pet. 3.

Tertio, Signis & ritibus, de quibus paulo ante à nobis dictũ est.

Sed hoc imprimis est obseruandum, vim & efficaciam omnem in solidum manare à Spiritu sancto, vt in genere Pauli dictum illud

illud retineatur, Neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, Sed Deus, qui dat incrementum.

Fides autem illud vnum est, per quod homines Rem Sacramẽti sibi applicant, vt verè dixerit Augustinus, nos verbo purificari, non quod dumtaxat pronuncietur, (id enim Magicum est) sed cui pronunciato credatur.

August. in Iohannem, Hom. 80.

Porrò hęc fides non oritur à nobis, sed gratuito cõmunicatur electis, quo tempore Deo libuit illos efficaciter vocare. De⁹ autẽ is est, qui suos electos nouit: quod archanum illi, sicuti par est, integrum reliquimus, quoties de proximis nostris agitur. Interea tamẽ chari-

Eph. 2 Phil. 1 Cal. 1 2. Thess. 3 2. Tim. 2.

charitas iubet, vt pro fidelibus agnoscamus, quotquot verę fidei cõfessionem edunt, tantisper dum hypochritę patefiant.

1 Tim. 5. 2. Tim. 3.

ARTICVL. XLVIII.

DE INFANT. BAPTISMO.

Quod ad Infantes attinet, Quamuis nobis non constet præditos esse habitu fidei, quam diximus requiri ad rem Sacramentorum percipiendam: Neq; verisimile sit, illo habitu præditos esse posse, qui nullum intelligentię vsum habent. nisi forte Deus in illis peculiariter extra ordinem operetur, qua de re nobis nõ liquet: Tamen eos ad Baptismum admittim⁹, Atq; adeò in magno errore versa-

Act. 8.

Deut. 1. Rom. 10.

versari affirmamus Catabaptistas, qui pædobaptismum reprehendunt.

Primum, Quoniam eandem esse dicimus rationem Baptismi & circũcisionis, quę à Paulo vocatur sigillum iustitię fidei, & nihilominus tamen expresso Dei mandato inbentur omnes masculi octauo die circumcidj.

Rom. 4

Deut. 17.

Secundò, Peculiaris quędam est ratio infantium, ex fidelibus parentibus prognatorum. Nam vt illum fidei habitum in sese non habeant, qui in adultis fidelibus viget: tamen Fidei semen & germen non possunt non habere, quos Dominus ab ipso vtero sanctificauit,

tificauit, & ab infidelium liberis discreuit. Quoniam promissio à parentibus per fidem apprehensa, eorum quoq; liberos comprehendit in mille vsq; generatiões. Quo iure igitur quispiam eis denegarit obsignationem eius rei, quam Dominus iam illis est impartitus?

1. Cor. 7.

Exo. 20.

Quod si quis obijciat, Non omnes esse electos, ac proinde non omnes esse sanctificatos, qui ex fidelibus parentibus nascuntur, cũ ne Abrahami quidem, neq; Isaaci liberos omnes Dominus elegerit, non deest quod respondeamus.

1. Cor. 7. Matt. 19.

Etsi enim hęc ità esse minime inficiamur: tamen archanum hoc iudicium Deo relinquendum esse

2. Tim. 2

dicimus, Et in genere ex promissionis formula præsumimus sanctificatos esse, quicunq; ex fidelibus
1. Cor. 7. parentibus, vel etiam altero dumtaxat fideli parente nati sunt, nisi quid obstet, vnde contrarium colligi possit,

Adulti ante percep. Sacramentorũ explorãn

Nam in adultis expressam fidei confessionem requirimus, non contenti nuda illa præsumptione, de qua diximus: siue ad Baptismum, (puta, si fortè nondum fuerint baptizati) siue ad cœnam
Act. 8. Domini se postulent admitti: Quoniam videlicet cum intelligentia prediti sint, certius inde iudicium
1. Cor. 11. fieri potest, An sint Sacramentorum dignè percipiendis idonei,

quan-

quantum quidem fert humanum iudicium Nam hypocritas non possimus iudicare, priusq; illos Do- 1. Tim. 5
minus patefecerit.

Præterea, Satis constat, minimè inanes esse Ecclesiæ preces, cum infantes Ecclesiæ per Baptismum inferendi in publico cœtu proponuntur: Qua eximia consolatione nefas esse dicimus, vel parentes ipsos, vel eorum liberos priuare.

Et hanc consuetudinem ab ipsis vsq; Apostolis ad nos manasse veteres testantur, Vt minime dubium sit, quin Dominus hoc impresso sigillo, quod cũ precibus Ecclesiæ coniunctũ est, æternã adoptio-

Origenes lib. 5. in Epist. ad Rom. Et sepe in Actibus Apostolicis dicuntur integre familiæ baptizatæ.

nem

nẽ in ijs infantibus obsignet, quos ab ęterno elegit. siue moriantur anteq; adolescant, siue ad eam vsq; ætatem perueniant, in qua verę fidei fructus edant, à Domino videlicet efficaciter vocati, quo tempore & momento ipsi libuerit.

ARTICVL. XLIX

Cur Baptismus non reiteretur.

Baptismum diximus esse Sacramentum nostrę insitionis in Christum & ipsius Ecclesiam: neq; pendere ipsius efficaciam à baptisantis persona, Iam verò cũ quisq; semel Christo verè datus est, quamuis interdum deflectat, nunq; tamen foras eijciatur, ac proinde

Ioh. 6.
1. Ioh. 2.

inde satis sit, semel receptum esse: nullo modo ijs assentimur, qui baptizatos ab hęreticis, aut alijs impuris Ministris rebaptizant.

De Baptismo Papistarum.

Neq; etiam ambigimus, quin verus in papistica Ecclesia Baptismus extet, quamuis à Ministris minime idoneis administretur, & infinitis pollutionibus contaminetur. Quoniam enim Dei misericordię libuit Ecclesię suę reliquias intra ipsum papatum conseruare, tantisper dum illam rursum erigeret, idcirco noluit Sathanę tantũ licere, vt Baptismum, quo Electi omnes cõsociantur, penitus illic euerteret.

Neq; tamen cõsequitur, rectè facere,

facere, qui liberos suos papisticos sacrificulis offerunt baptizandos, cum id facere non possint, quin sese isdem sacrilegijs & corruptionibus polluant: ac sit potius piorum parentum officium, vel vers verbi Ministris in vera Dei Ecclesia statim liberos offerre ritè baptizandos: vel, si minus id licet liberorum potius baptismum differre: Cum neq; eorũ salus à Baptismo pendeat, sicut antea indicauimus. Neq; videri possint baptismum spreuisse, quibus non aliter licuit eum petere, quam cum Dei offensione coniũctum.

Supra Articul 36

Videant tamen, quid sint coram Deo responsuri, qui dum sue infirmitati nimium indulgent, & cum papistis hęrent, sese & suos liberos malunt vel Baptismi beneficio priuare, vel Baptismi profanatione inquinare, quã apertè Christum proferi ac complecti. Est enim istius modi hominum necessitas, quam solent pretexere, non coacta, sed voluntaria, ac proinde coram Deo ἀναπολόγητος.

ARTICVL. L.

Applicatio superioris doctrinæ de Sacramentis ad Cœnam Domini.

De COEna Domini

Signa vocamus in Cœna Domini panẽ & vinum, quib° benedicit Minister ex Dei verbo. Deinde Cœ-

de cærimonijs siue ritus actionis essentiales, vt ita loquamur, quib⁹ neq; adijciendum, neq; detrahendum quidq; arbitramur. Nempe, Quod Minister quidem post claram explicationem diuinę ordinationis, & inuocatum Dei nomen, panem frangit, & fractum singulis ordine distribuit: itemq; posteà poculum: Qui verò ad cænam accedunt, panem iubentur accipere et edere, & ex poculo bibere, Mortem Domini concordibus animis annuntiantes.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Res ipsa, quę signis illis uerè & efficaciter significatur, illud ipsum est, quod & in simplici Verbo, & in altero Sacramento, idest Baptis-

Baptismo proponitur, Nempe ipse Iesus Christus, conceptus, nat⁹, crucifixus, mortuus, sepultus, qui resurrexit & ascendit in cœlos, vt omnibus credentibus fiat sapientia, iustitia, sanctificatio & redęptio.

Itaq; minimè ābigimus, quī, sicut ordinationis verba testātur, verū corp⁹, & ver⁹ sanguis Domini, idest ipse Iesꝰ Christus, cū ōnibus suis opibus, verè & sine vlla fraude offeratur, Nō ore, sed fide per Spiritum sancti efficaciā percipiendus: dritā æternā, Idq; non minus verè, quam corporeis nostris sensibus efferuntur panis & vinum, Quę propterea etiam vocantur corpus

& sanguis Iesu Christi, quoniam videlz certę sunt notę, & tessere visibiles & corporeę, earum rerum, quas nobis Dominus spiritualiter offert, ideſt, veri corporis & sanguinis Iesu Christi.

Vsitatum enim est, cum de Sacramentis agitur, ad declarandam sacramentalis significationis efficaciam ac veritatem, symbolis attribuere rerum ipsarum nomina Sic enim dicitur poculum esse nouum testamentum, ideſt, verum & certum symbolum noui Testamenti, quod effusione sanguinis Iesu Christi sancitum est. Luc. 22.

Sic Circumcisio vocatur fœd°, ideſt, verũ fœderis pignus. Gen. 17.

Sic

Sic alicubi agnus dicitur esse Pascha. Matt. 26. Mar 14. Luc, 22.

Sic petra deserti Christus, qđ Christum verè & efficaciter repre sentaret. quamuis eius caro nõdum in rerũ natura extaret. adeò certa est rerum etiam absentium prę sentia, quę verbo Dei & Fide nititur,

Sic etiam apud Paulum panis dicitur cõmunicatio corporis Chri sti, & poculum cõmunicatio sang uinis Christi, Quę verba necesse est vt aliqua interpretatione explicentur, Quoniam videlicet certa sint symbola & sigilla nostrę cum Christo communicationis. 1. Cor. 10 Mar. 14. Luc. 18.

Qiod amplius? Petitam esse

hanc loquendi rationem ex ipsa vulgi consuetudine, potest etiam ex ipso Homero comprobari, qui victimas, quibus fœdera sanciebā tur, non dubitat ὅρκια, idest Fœdera vocare.

Neq; aliter Virgilius, fallere dextras dixit, pro fallere fidem & iusiurandum, quod datis dextris concipitur.

Tropus igitur iste, quem constituimus in Christi verbis explicā dis, non est à nobis excogitatus, aut à scripturę consuetudine alienus, sed cum verbo Dei, & ipsa natura Sacramentorum prorsus consentiens Neq; aliter Cœnę Domini mysterium à veteribus & orthodoxis

thodoxis fuisse explicatum, copiosissimè demonstratum est à multis pijs nostrorum temporum scriptoribus.

Analogiam autem Rei & Signorum sic explicamus,

Panis fractio nostris sensibus repræsentat Domini nostri passionem, qui fractus est doloribus & angustijs mortis, & iudicij Dei, quod pro nobis omnibus subijt, 1. Cor. 2 & in corpore, & in animi.

Eiusdem panis, itemq; poculi distributio, nostris sensibus testificantur, Iesum Christum, cum omnibus suis opibus, nobis singulis donari à Patre, in vitam æternam. Rom. 8.

Quod autem panem accipimꝰ & edimus, & ex poculo bibimus, teſtatur, Ieſum Chriſtum verè nobis communicari, ſicut antea diximus, Nouit enim Spiritusſanctus arctiſſimè coniungere Fidei vinculo, quæ alioqui, ſi locorum diſtãtiam ſpectes, longiſsimè ſunt diſſita.

Quemadmodum igitur naturali modo accipimus, edimus & bibimus naturalia ſymbola, quę poſtea, virtute naturalis facultatis, in noſtram ſubſtantiam coaleſcunt: ità etiam, cæleſti & ſpirituali modo, Ieſus Chriſtus, qui nunc Act. 1. eſt in cœlis & non alibi ſecundum carnem, verè communicatur, vt ſimus

ſimus caro ex carne eius, & oſſa ex ipſius oſsibus, ideſt, vt cũ Chriſto vnum facti & inſiti eius corpori per fidem, vitam æternam inde hauriamus: atq; etiam eius Spiritu ſanctificati, nos totos ipſius cultui, & proximis in eo diligendis conſecremus. 1. Cor. 10. Eph. 5 Ioh. 17. col. 2. Ioh. 6 Rom. 8 1. Ioh. 3

Deniq;, Quod omnes vno pane veſcimur, & ex vno poculo bibimus, vt vna fide cum vno Chriſto magis ac magis coaleſcamus: id verò ponit nobis ob oculos ſũmã illam cõiunctionẽ, quę in myſtico Chriſti corpore vigere debet, & cui ſolenni profeſsione nos obligamꝰ. Ioh. 6 Rom. 8 1. Ioh. 3

Analogia Signorum & Rei ipſe manifeſta eſt, præſertim quod

Vnus panis ex multis granis, & vinum ex multis acinis conflatur. quę res optime repręsentat nostram cum Christo coalitionem, & mutuam membrorum ciusdē corporis consensionem.

V de Augustinum Serm. de sacramentis libro 2. feria paschę

Verbum, quod totam hanc actionem veluti viuificat, illud est, qđ a tribus Euangelistis, & Paulo exprimitur, non ijsdem quidem syllabis, sed eadem prorsus sententia.

Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

Dominus enim (inquiunt) ea noctè, qua fuit traditus, accepit panem, & cum gratias egisset, fregit, & dixit: Accipite, Comedite. Hoc est corpus meum, quod frāgitur pro vobis Hoc facite in mei memoriam. Similiter & poculum, post-

postquam cœnasset, dicens: Hoc poculum est nouum Testamentū in meo sanguine Hoc facite, quotiescunq; biberitis, in mei commemorationem. Nam quotiescunq; huncpanen edetis, & poculum bibetis, mortem Domini annunciabitis, tantisper dum veniat.

Instrumentum quo Christus recipitur Fides est, Sicut anteà significauimus. Ioh. 6.

Vide August. De Ciuit. De. lib 21 cap. 25 Et Prosperi Sententię Hieron. quę in Isaiā. cap. 66 Et in Ierem. lib. 4. cap. 22.

Rectè igitur Augustinus scripsit, ab eo non comedi corpus Christi, q non sit in Christi corpore. Et, Hæreticos, qui sunt extra Ecclesiam, posse quidem habere Sacramentum, Sed rem Sacramenti non item.

Hinc ergo cõsequitur, oportere
1.Cor.11. vt singuli sese explorent, quemadmodũ iubet Apostolus, Nũ videlicet eos pœniteat ãteactę vitę, & à Christo toti pẽdeant, tanq̃; vnico Mediatore.

Neq; hic tamen fides perfecta (quis enim mortalium ea præditus est?) sed vera dumtaxat requiritur, idest, non simulata.

Itaq;, non dubium est, quin virtute Spiritussancti, quicunq; veram fidem afferunt, magis ac magis cum Christo coalescant, cũ ad sacram hanc actionem, ex Dei mandato, accedunt: sicut testatur
Rom. 4. Apostol°, Circũcisionẽ fuisse iustitię fidei sigillum in Abrahamo. E-

contrario verò, qui alium animũ afferunt, cum & signa, & pro nissiones, signis adiunctas, atq; adeò Iesum Christum rideant & aspernentur, merito rei fiunt contempti corporis ac sanguinis Domini, 1.Cor. 11. à quo magis ac magis abalienantur.

Annunciatio, siue aperta confessio & comprobatio mortis Iesu Christi, ac proinde omnium, quę nostra cuasa impleuit: Itemq;, Gratiarumactio pro omnibus beneficijs, ab eo in nos collatis, sunt pars ipsius Cœnę non minima: Quò fit, vt sine summo sacrilegio, nec omitti, nec peruerti possint.

Ex hoc

Ex hoc autem efficitur, Cœnam Domini ijs non competere, qui seipsos non possunt explorare, vel quod nullum habeant rationis vsum, sicut infantibus accidit, & mente captis: Vel quod in Fidei mysterijs non satis sint eruditi. Neq; item ijs, de quibus non constat, an satis sint christiani, vtpote qui fidei confessionem expressam non ediderit. Ac demum ne ijs quidem, qui legitimo Ecclesiæ iudicio sunt extra Ecclesiæ cõmunionem electi, neq; adhuc ei satisfecerunt.

Act. 8.

Mat. 18. 1. Cor. 5.

ARTICVL. LI.

Conclusio Rei Sacramentariæ.

Et hijs omnibus consequitur, Sacramenta non esse à Domino instituta, vt quicq; ei offeramus (si accipias sacrificium gratiarum actionis:) sed potius, vt ex mera ipsius gratia & liberalitate percipiamus, quod pretiosius est cœlo & terra, nempe fidei nostrę confirmationem, vt in dies magis ac magis Christo capiti nostro vniamur, & adhęreamus in vitam æternam.

ARTICVL. LII.

Cur Spiritus sanctus vocetur Paraclætus, Et quis sit Afflictionum nostrarum vsus.

DE CRVCE & consolationibus.

Ex hijs quę diximus, facile est intelligere, quam ob causam Spiritus sanctus Paracletus, id est Cõsolator vocetur.

Ioh 14 Act 9.

Cum

Rom.8. 1. Cor.2. Gal4.

Cum enim is sit, qui Christū nobis per fidem applicat: & qui Christum habet, nihil amplius possit ad salutem requirere: consequitur, ab eo vno hactenus pacificari nostras conscientias, adeó, vt in ipsis afflictionib⁹ gloriemur, quoniam videlz didicimus, illas fortuito non euenire, sed ab eo imitti, qui nos sibi reconciliatos, partim his flagellis beneuolè castigat, partim etiam conformes facit imagini filij sui: Et paulatim nos hac ratione docet peccatum odisse, mundum aspernari, Patrem cœlestem inuocare cum gemitibus inenarrabilibus, nos ipsos agnoscere, & magis ac magis confirmare:

1. Cor.2.

Rom.5

Rom. 8.

Phil 3 1. Cor. 11.

Rom 8. 1pet.1

mare: Cui deniq; in nobis, tanq; spectaculis quibusdam, vniuerso mundo ꝓpositis, placet ostendere, quę sit sui Spiritus in fragilib⁹ istis vasis virtus & efficacia, ad gloriam nominis ipsius sempiternam.

2. Cor. 4. Col 1.

DE ECCLESIA.

CAPVT. V.

ARTICVL. PRIMVS.

Semper fuisse & fore aliquam Ecclesiã, extra quam non sit salus.

Frustra instituta essent à Deo quęcunq; adhuc exposuimus, nisi q forent omnium illorum beneficiorum participes.

Præterea, cum perpetuum sit Iesu Christi Regnũ, necesse est aliquos

2. Sam. 7. Lu. 1. ps. 89. 110.

liquos sẽper existere, qui eum pro Rege agnoscant.

Itaq; semper ab initio mundi aliqua fuit Ecclesia, ideſt, Cœtus & multitudo hominum, á Deo selectorum, qui verum Deum agnouerunt & coluerunt ex ipsius verbo, nempe, in vno Iesu Christo, per fidem apprehenso, Sicut copiosè suo loco ostendimus.

Et hanc Ecclesia n necesse est, vt ijsdem de causis perpetuam fore confiteamur, quamuis nihil non moliatur Sathan, vt illam euertat.

Ps 13. 14. Ier 31. Matt. 28. Ps 51. Matt. 16.

Deniq; ijsdem argumentis efficitur, cum extra Iesum Christũ salus nunq; extet, alienos esse à Christo,

Christo, ac proinde certó perpetuoq; exitio deuotos, quicunq; prius moriuntur, quam Christi membra fiãt. Virtus enim illa saluifica, quę est in vno Iesu Christo, in illis solis est efficax, quos ipsi donat Pater, ideſt, qui in eum reduntur, ac proinde sunt Ecclesię membra, quæ propterea Christi corpus vocatur.

Ioel 2

Ioh 3. 17. Gal 3.

ARTICVL. II.

Vnam dumtaxat veram esse Ecclesiam.

Cum vnus sit Deus, vna fides, vnus Dei & hominum Mediator Iesus Christus, vnicum Ecclesiæ caput, consequitur necessario, vnam quoq; esse Ecclesiam.

Eph. 4. 1. Tim. 2. Eph. 1. Col. 1. 1 Cor. 15.

ARTICVL. III.

Cur Ecclesia Catholica vocetur.

Quoniam Deus, sparso per vniuersum mundum Euãgelio suo, filij Regnũ ad extremos vsq; mũdi fines propagauit, ideò Ecclesia, eaq; catholica, ideſt vniuersalis, siue per quaſuis mundi partes diffusa. Non quasi vnumquemq; hominem sigillatim cõprehendat, (constat enim ab hoc beneficio plurimos semper homines fuisse exclusos, si vnumquemq; sigillatim spectemus) sed quoniam fideles sparsi sunt per vniuersum terrarum orbem, prout Domino libuit electos, suis quibusuis temporibus, & ex quibusuis gentibus sibi adiũgere.

Psal 2
Isa 54
Mar 16
Acto. 1
Col 1

Mat. 7
Luc. 13

Act 10
Luc 8
Matt 12

ARTI-

ARTICVL. IIII.

De Sanctorum communione.

Quoniam Ecclesia vnicum Dominũ & principẽ supremũ agnoscit, fideles vniuersi, quocunq; in loco versentur, ciues sunt vnius eiusdẽq; ciuitatis, vt eius legib⁹ & beneficijs fruantur, ideſt, Iesu Christo, & cũctis ipsius opibus Merito igitur Christus caput horum omnium membrorum dicitur, quę videlicet in vnum corpus coaluerũt, quorum ipse caput est, suam illis vitam infundens.

Eph. 4
Col. 1

Rom 12
1 Cor 10
Col 3
Psal 46

1 Cor. 12
Eph 4
Ioh. 17
Rom. 8.

Hæc igitur est Sanctorũ cõmunio Nã solet scriptura Sanctos vocare fideles, adhuc in hoc mundo superstites, vt pote in Christo per

1. Cor. 1.

1. Cor. 1. fidem apprehenſo, iuſtificatos & ſanctificatos.

ARTICVL. V.

Eccleſiam vnum dumtaxat caput habere, quod nullo ſocio, neq; ſucceſſore, neq; vicario indigeat.

Ieſus Chriſtus, vnicũ Eccleſię caput, ob eam cauſam, quã paulo ante expoſuimus, cum nullo prſus cõmunicat hunc dignitatis gradũ, quemadmodum pbus & legitim⁹ maritus nullum ferre poteſt riualem.

1 Cor. 3. Eph. 4

Exo. 20

Eccleſia verò viciſſim, quę in ſpirituali iſto cõnubio perſonam caſtę & pudicę vxoris ſuſtinet, nullum alium dignatur mariti nomine.

2 Cor. 11 Eph 4

Idem

Idem igitur nullum ſucceſſorẽ requirit. vt qui Deo inęternum viuat: Neq; item vllo vicario eget. Primum enim plene nobis patefecit voluntatem ſuam. Deinde, Cũ ſit Deus æternus, perpetuo præſés verſatur in medio Eccleſię ſuę. idq; ſingulari cum efficacia, dirigens ſingula corporis ſui membra, ſicut pmiſit.

Rom. 6. Heb. 7

Ioh. 15 Act. 20. 2. Tim. 4

Matt. 28. Ioh. 4. Eph 4

Neq; eſt quod quiſq; miniſteriale caput, vt loquũtur, in Eccleſia requirat, cum ex verbo Dei expreſſo nihil tale poſsit conſtitui, Et tot ſeculorum experientia ſatis ſuperq; pbet, quantopere ſint hallucinati, qui in Eccleſia vniuerſalẽ quempiam Epiſcopum conſtitu-

Eph. 4

endum putarunt Deus enim solus est, qui huic oneri sustinendo par esse possit.

Neq; de eiusmodi primatu prius cogitatum est in Ecclesia, quam miseri mortales iusto Dei iudicio fuerint in reprobum sensum traditi, vel ipso teste Gregorio, qui vniuersalis Episcopi nomen vni Antichristo dixit conuenire: Et Hieronimo, qui Eugubinum Episcopũ, &quẽuis deniq; alium facit parem Romano: Et Cypriano, q vnum esse testatur episcopatum, cuius à singulis pars in solidum teneatur.

Vid. Gregorium. Epist. lib. 4 Epist. 32. 34. 36. 38. 39. Et lib. 6 Epist. 24. 28. 29. 30. Hieron. Epist. ad Euagrium. Cypria. Tract. 3 De simplicitate Prælatorum.

ARTICVL. VI.

Communionem Sanctorum non impedire, quo

quo minus varij sint munerum ecclesiasticorum gradus.

Christus ità Ecclesiam gubernat Spiritu suo, vt interea vtatur hominum opera ad plantandũ & rigandum, sicut loquitur Paulus. 1. Cor. 3. 2. Cor. 5.

Præterea, dona sua distribuit, quo tempore, qua mẽsura, & qbus libuit, ad vniuersi corporis conseruationem: & præcipit, vt omnia domi suę ritè & ordine administrentur. 1. Cor. 31. Eph. 4. Ioh. 11. 12. 1. Cor. 14.

Absit igitur à nobis vt vllam ἀταξίαν inuehamus in Ecclesiã Dei. Quę sanè inuehatur necesse est, si ōnia Ecclesię mũera inter se paria & æqualia faciamus. Imò vero q̃d est, quod maiore contẽtione petamus,

mus quam vt politia Ecclesiastica ex Dei verbo restituatur?

Neq; etiam vetustos patrũ canones repudiamus, modo ad præscriptum verbi Dei reuocentur, Et magna ratio habeatur, locorum, temporum & personarum, vt cũcta ad edificationem referantur. Rom. 13 1. Cor. 14.

Id itaq; nos assidue flagitare nunq̃; destitimus, nedum vt simus ἄτακτοι & legitimorum conciliorũ veterumq; canonum contemptores, sicut calumnioſe quidã de nobis garriunt.

ARTICVL. VII.

DE SIGNIS & notis Eccl. ...a. *De signis, quibus vera Ecclesia dignoscitur ab adulterina.*

Duo igitur requirimus inprimis. Vnum

Vnum, Vt vera Dei Ecclesia discernatur ab ea, quę tam precio sum nomem sibi falso vendicat.

Alterũ, Vt qui non tantũ sunt in Ecclesia, sed etiam ex Ecclesia, distinguãtur ab ijs, qui ex Ecclesia nõ sũt, quãuis in Ecclesia versẽtur, quaten° q̃dẽ ab hominib° cognosci possũt. Constat enim Sathanã totum esse in suaSynagoga varijs modis & artibus ità fucanda & exornanda, vt pro vera Ecclesia obtrudi possit: Et satis liquet, nunq̃; in hoc seculo futuram adeò synceram & integram Ecclesiam, quin palea & lolium tritico permixtum reperiatur. Itaq; operę precium est certa q̃dam discrimina, de qbus Matt. 13. 1. Cor. 11.

dicemus, obseruare, ne quis facile circumueniri possit.

Signum Ecclesiæ.

Sciendum est igitur, verũ germanę Ecclesię signum esse prædicationẽ verbi Dei, in q̃ sese nobis patefecit Dominꝰ, sicut declarant Prophetarum & Apostolorum scripta. Quo fit, vt à verbo neq; Sacramenta, neq; disciplinam Ecclesiasticam, à Deo constitutã, seiungamꝰ. Neq; enim aliud verbũ Dei agnoscimus, neq; aliam eius administrandi rationem.

Matt. 10. Joh. 28

Quamobrẽ Iesus Christꝰ testatur suas oues se sequi, quod vocem sui pastoris agnoscant.

Neq; cum Apostolos suos in orbem terrarum dimitteret potestatem

tatẽ eis fecit annunciandi quicq̃d eis libuisset, Sed potius, ite, inquit, & docete seruare omnia, quę præcepi vobis.

Sed & Apostolꝰ testatur, sese nõ aliud Corinhijs tradidisse, quã q̃ à Domino accepisset, ac statim subijcit historiã Cœnę Domini, prsus vt est ab Euangelistis perscripta. 1 Cor. 15

Et idem alibi scribit, fideles edificatos esse supra fũdamentũ Prophetarũ & Apostolorũ, idest, niti doctrina, ab Apostolis & Euangelistis plãtata in Ecclesia, cuius basis ac fulcimentũ est Iesus Christus. Eph 2 Act. 17 2 pet 3

Petrus quoq; disertè declarat, non aliud esse verbum Dei, quam illud ipsum, quod ad nos q̃uenit per 1 pet 1 Rom. 1

per Euangelij prædicationem.

Neq; dubium est, quin Apostoli nõ tantũ annũciarint, sed etiã perscripserint, quicquid ad salutẽ nostram necessario requiritur, vt verissimum sit, quod ait Paulus, vniuersam scripturam, diuinitus inspiratam sufficere ad hominem Dei perficiendum.

Act. 20. Gal. 1.

2. Tim. 3.

Ideò etiam Cyprianus, Si sol' (inquit) Christus audiendus est, non debemus attendere, qd aliqs ãte nos faciendũ putauerit, sed qd, qui ante omnes est, Christus prior fecerit. Neq; enim hominis consuetudinem, sed Dei veritatem sequi oportet, Cum p Isaiam ppheram Deus loquatur & dicat, Sine causa colunt me, mandata & doctrinas

hominum docentes.

Deniq;, Vbicunq; verbũ Dei purè annunciatur, Sacramenta purè administrantur, Disciplina Ecclesiastica ex prescripto verbi Dei vsurpatur, Ibi germanam Ecclesiam Dei agnoscimus, etiamsi paruus sit grex, & in speciem prorsus aspernandus.

Matt. 16. Luc. 17. Luc. 10. 1 Cor. 1 Luc. 11.

ARTICVL. VIII.

De veris Ecclesiæ membris.

Vera sunt Ecclesię membra, qui charactêrẽ illum habent Christianorum proprium, ideſt, Fidem. Ioh. 8.

Fidelis autem aliquis ex eo agnoscitur, quod vnicum seruatorẽ Iesum Christum agnoscit, Fugit peccatum, & studet iustitię, idq; ex præ-

Ioh. 4 1. Ioh. 4. Isa. Matt. 11.

ex præscripto Verbi Dei. Etsi enī
Rom 7 Phil 3 1.Ioh.1. supersūt in quibusuis multę peccatorū reliquię: tamē permagnū est discrimen inter filios Dei, in quib⁹ Spirit⁹ pugnat aduersus carnē,
Rom. 6 7 1.Cor. 7 1.Ioh. 3 & eos, in quibus peccatum regnat.

Deniq; hij demū sunt Ecclesię
Rom 7. Gal 5 membra, in quibus Spirit⁹ (Spirit⁹ inquam. proprium Electorum donum) pugnat aduersus carnem,
Rom. 7. & qui cum Paulo verè possunt testari, se facere malum, quod nolunt, idest, cui non assentiuntur, nisi quatenus nondum sūt ꝑfectè regenerati.

Nam quod ad reliquos homines attinet, cuiuscunq; tandem sint

sint status vel conditionis, non sūt
nunerandi inter Ecclesię mēbra, Ioh 6 1Ioh 2
etiamsi (vt ita loquamur) Apostolatu fungerentur.

Sed cauendum est, ne vel vlterius progrediamur, quam parsit, vel temere iudicemus. expectandum est enim Dei iudicium in
detegendis hipochritis, & falsis 1 Tim. 5 Mar 7
fratribus, Et Dominus potest suo Rom. 4. Matt. 20.
tempore vocare, quoscunq; illi libuit, Et prolapsos etiam in viam 1. Cor. 7. 2 Cor 2 2 Tit.
reuocare.

ARTICVL. IX.

Signa Ecclesiæ non esse semper in eodem statu, siue gradu.

Constat quidem hęc esse vera germāę Christi Ecclesię signa, sed quæ

quæ non in vno semper statu permaneat. Accidit enim plerumq;, vt Deus pro sua incomprehensibili sapientia, vindicans hominũ perfidiam, lucis suę radios quadamtenus occultet, adeò, vt nonnunq; Ecclesia funditus perijsse videatur, sicut euenit eo potissimum tẽpore, quo Filius Dei in hunc mundum est ingressus. Tunc enim certũ est, veram Religionem fuisse in Iudea tanquam in extremo quodam angulo conclusam. Ibi verò quę fuit doctorum ignorantia? quę doctrinę corruptio? quę hominum impietas?

Ostendit tamen res ipsa, firmum ꝑmanere Ecclesię fundamẽtum,

tum, & aliquem semper extitisse fidelium gregem, qui modo excreuerit, modo fuerit imminutus, & vni pene Deo interdum cognitus, Sicut apparet ex Elię historia. Mar. 28. 1 Reg. 19

Hinc etiam accidit nostris tẽporibus, vt nulli magis hallucinentur, quam qui Ecclesiam Dei alligant certò loco, & eorum successioni, qui sese falso vocant Episcopos, cum nihil minus esse quam Episcopos apertissimè possit ostẽdi, & ex Dei verbo, & ex vetustis canonibus.

Est enim profecto facilliũm ex hijs ꝓbare, omnes illos Hierarchas à maximo ad minimum ipso iure mihi esse excõmunicatos, ideſt,

ex cõmunione Sanctorum electos, Tantum abest, vt ab eorũ vel dignitate, vel successione pendeat Ecclesia,

Quid ergo? dicet aliquis: Quod erit fideliũ officium in huiusmodi perturbationibus? Nempe, vt vbi est cadauer, ibi congregentur omnes aquilę, Matt. 24. Idest, vt vbicunq; fuerit fidelis quispiam, & quęcunq; sit Ecclesię externę facies, cũ Christo capite cohęreat, adhęrens nimirũ vnico eius verbo, siue dogmata, siue vitam spectes.

Quod si quis sit in orbe terrarum angulus, in quo Dominus, qui nulli neq; loco, neq; nationi, neq; tempori astrictus est, sceptrum vexil-

vexillumq; suum, idest verbi Ministerium, erexerit, tunc vero filiorum Dei munus est, ducem vocantem sequi, & relictis Idolis sese copijs Dei exercituum adiungere, Sicut passim admonent Prophetę. Isa. 49 Ioh. 5.

ARTICVL. X.

De *authoritate Ecclesiæ.*

Hijs positis, consequens est, vt videamus, quæ sit verę Ecclesię potestas & authoritas, quam quæstionẽ possum is vno verbo absoluere, Si dicamus eam omnem potestatem esse positam in eo, vt vni suo marito, idest Iesu Christo pareat: Tum in eo quod õnibus mẽbris, cum vno capite cohærentib⁹, Luc. 1. communne est, tum etiam in ꝓpria 1. Cor. 14. Matt. 5.

cuiusq; membri functione.

Sed planè dignum esser hoc argumentum, quod particulatim explicaretur, Primò de vniuersi corporis Ecclesię: postea de singulorum membrorum vsu & facultate differendo, eorum videlicet quę publica quapiam functione funguntur: Verum breuitatis causa prius membrum huius Tractatus omittemus, præsertim cum ad potestatem Magistratus politici pertineat, & ad declarationē subsequentis transibimus.

ARTICVL. XI.

De Synodis particularibus, ideſt, prouincialibus, vel nationalibus, quas vocant.

Quid olim fuerit constitutū de prouin-

prouincialibus Synodis, à Metropolitano cogendis, abundè liquet ex veteribus canonibus. Neq; etiam nos hij sumus, qui, si instauratę essent Ecclesiarum ruinæ, vel hunc, vel alium non dissimilem ordinem repudiandum arbitremur.

Verum enimuero duo hic requirimus imprimis, Nempe, Ne qua rursus tyrannis in Ecclesiam inuehatur, quasi certę cuipiam sedi vel personę sit alligatus Spiritus sanctus. Deinde, vt omnia ad ædificationem referantur, veteribus ipsis canonibus ad hunc finem reuocatis.

ARTICVL. XII.

DE MINISTERIIS.

Ecclesiasticis, & speciebus ordinariarum functionum in Ecclesia legitimè constitutis.

De doctrina Christiana & eius partibus pręcipuis iam dictum est, ex quibus quilibet quid docendũ sit in Ecclesia Christi cognoscere potest. Qui verò sint ordines eorũ, qui doctrinam hanc Ecclesię tradere, eandemq; ritè gubernare debeant, hoc loco ostendẽdũ venit.

ARTICVL. XIII.

De munere Apostolorum, Euangelistarũ & Prophetarum in primitiua, quã vocant Ecclesia.

Reperimus in verbo Dei quĩq; gradus eorum, q̃ post Christi aduentũ docẽdis Ecclesijs pręfuerũt. Recẽsentur enĩ Apostoli, Euãgelistę, Prophetę, Pastores & Doctores, qui omnes geuerali nomine interdum

1 Cor. 12 Eph. 4

dũ vocantur Episcopi, idest inspectores: iterdum Ministri, & interdum q̃; Presbyteri, quasi Senatores dicas.

Act. 20 Phil. 4 Act. 20 1 pet 5

Ex hijs autem quinq; gradibus non ambigimus, quin tres primi fuerint temporarij, quatenus videlicet instituti fuerunt ad id tẽpus, quo plantandę erant gentilium Eccclesię, & Izrael à Mose ad Christum traducendus.

Nam Apostoli fuernut ἀμέσως ab ipso Christo designati, æquali inter se potestate, futuri ædificij velut prĩarij architecti, nulli certę Ecclesię adstricti (velut nõnulli de Petro fabulãter, quẽ ex Apostolo Romanum

Mar. 18 Luc. 22. Act. 1 August. hõ. 50 in Iohan Cypr. de simpl. prelatorum Gal. 2. 1 Cor. 3 Rom. 15

num Episcopum faciunt) sed in vniuersum orbem terrarum missi, prout Spiritus Domini eorum gressus regebat, Sicut ex Actis Apostolicis constat, non autem ex fabulosis & blasphemis Abdię cuiusdam Babilonij, vel alterius cuiuscunq; scriptis, quę nuper non puduit nonnullos Ecclesię Dei obtrudere.

Euāgelistæ verò comites συνέργοι erant Apóstolorum, cuiusmodi fuerunt Timotheus, Silas, Titus, & alij Pauli comites, quorum opera in his rebus vtebatur, quibus ipse vnus sufficere non poterat.

Act. 14 16
1. Tim 1.
2 Tim. 4
Tit. 1

Prophetas autem constare potest ex ijsdem Actis Apostolicis certo

certo loco fuisse magis astrictos, & singulari quadam intelligentia mysteriorum Dei fuisse donatos, adeò, vt interdum quoq; pollerent dono prędicendi res futuras, quatenus Domino videbatur signis & miraculis nascentem Ecclesiam confirmare. Act. 11 27.

Supersunt igitur pastores & Doctores, quorum munus perpetuum est in Ecclesia, sed ea mensura, qua Domino libuit.

ARTICVL. XIII.

De *munere Pastorum & Doctorum.*

Pastorum seu Doctorum officium est in genere, administrando sermoni, & precibus habendis incumbere: sub quibus etia m com Act. 6 e 1 Tim 4.

Prehendimus Sacramentorum administrationem, Nuptiarum benedictionem, ęgrorum visitationem & consolationem, reliquasq; actiones ex perpetuo Ecclesię vsu.

Sciendum tamen est, aliquod esse discrimen inter Pastores & Doctores siue ministros. Nã Doctorũ seu Ministrorum munus est, verbum Dei simpliciter enarrare, vt verus sensus eruatur, Et Catechumenos presertim instituere, quo munere functꝰ est quõdã Origenes in Ecclesia Alexandrina. 1. Cor. 12

Sed pastores longius progrediuntur, vt q in suis contionibꝰ doctrinam verbi applicent Ecclsię vsibꝰ: publicè & priuatim precãdo, exhortando,

tando, consolando & increpãdo: Deniq; dies & noctes excubãdo pro gregis salute, quem illis Dominus verbo vitę pascendum commisit. Ioh. 21 Act. 6 20. Rom 12. 1 Cor. 14 2 Tim. 4 2 Tim. 3. Tit. 1 1 pet 5

ARTICVL. XV.

De Clauibus Ecclesię.

Hæc sunt igitur, quę Christus vocabulis soluendi & ligandi, aperiendi & claudendi, & clauium quoq; nomine significauit. Quoniam enim cœlum nobis tanq; domicilium quoddam pepetuum ponitur, ad quod vnus est aditus per Iesum Christum: Et rursus ad Christum vna fides nos deducit, quę qdẽ in nobis creatur ac fouetur à Spiritu sancto, per verbum & Sacramenta, sicut suo loco ex plica- Matt. 16 18. Ioh. 10 14 Col. 2 Rom. 4. 10 1 pet 1 Act. 8.

explicauimus, Idcirco paſtores, quibus commiſſum eſt munus prę dicandi Verbi, & Sacramentorum adminiſtrandorum, dicuntur geſ-
2 Cor. 5. tare claues Regni cœlorum: Quoniam per ſermonem reconciliationis mundus ad vitam ęternam adducitur.

Præterea, Quoniam peccata tanq̃; vincula quędam nos conſtrictos tenent. & prędicatio Euãgelij annunciat nobis liberationẽ à peccato, morte & Diabolo: ideo dicuntur Miniſtri ligare & ſoluere ex Dei authoritate.

ARTICVL. VI.

Paſtores & Doctores eſſe dumtaxat inſtrumenta, quibus vtatur Deus.

Hic

Hic vero tenendum eſt, nec Paſtores, nec Doctores ꝓpriè poſſe quemq̃; vel ligare, ſoluere, vel regnum cœlorum cuiq̃; aperire, vel claudere. Proprium enim eſt vnius Dei, qui corda noſtra fixit, ea ĩmu-
pſal 15 Ioh. 6 Mar. 2. Luc. 12. tare & trahere, Remittere vel retinere peccata, Corpus & animã vel perdere, vel ſeruare: Et ita qdem ꝓprium, vt hanc gloriam cum nemine prorſus communicet.

Quoniam tamen, pro ſua bonitate vtitur hominum miniſterio
1 Col. 4. 2. Cor. 5. ad patefaciendam ſuam voluntatem, tum in predicatione verbi, tum in adminiſtrandis Sacramentis, quibus veluti geminis canalibus

Hebr. 4. b° vtitur, vt in Electorũ corda gratiam suam instillet. ideo magnifica hæc elogia ministerio ecclesiastico attribuũt, adeò, vt in hęc etiã verba erũpat filiº Dei: Qui vos recipit: me recipit. Qui vos reijcit, me reijcit: habit videlicet eiº ratiõe, q p eos agit.

1. Cor. 15. Gal. 2. 2. Cor. 5.

Nunc si Ministros in sese, quantumuis excellentes, cõsideremº, acquiescendũ erit in hoc Pauli dicto, Qui plãtat & q rigat nihil est, Sed Deº, q dat incrementũ: Quod ipsũ cõfirmat Iohãnes, cum diceret: Ego q dẽ baptizo vos aqua, sed qui post me venit, fortior me est, ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni.

1. Cor. 3.

Mat. 3

Cauẽdũ est igitur sedulo, ne Ministros verbi, vel aspernemur, quatenº sũt Ministri, vel eo usq; eueha-

mus, vt quasi p Deo ipsos veneremur, sicut plerũq; solet fatuº & stupidus hic mũdº, ad pseudo pphetas preserti, obstupescere. Sequamur potius, quod requirit Paulus, vt veros Christi Ministros habeamº pro dispensatoribº archanorũ Dei, Ac proinde vocem pastoris, per os ipsorum loquentis audiamus.

1. Cor. 4

Ioh. 10.

ARTICVL. XVII.

Quibus signis distinguantur veri pastores & Doctores siue Ministri à falsis.

Obseruandũ quod dicit Apostolus, 1. Cor. 4: Nẽpe id reqri à dispẽsatoribus, vt fidi inueniãtur. Itaq; indigni sũt pastorũ, doctorũ seu Ministrorum nomine, ac proinde etiã honore, q sese falso pastores, doctores vel Ministros vocãt, cũ à Domino nõ sint vocati, ideſt,

1. Cor. 16

qui vel ritè non sunt electi ab Ecclesia, vel à Deo non sunt extra ordinem excitati, sicut nostro quoq; tempore accidit, rebus ita collapsis, vt ordinariæ vocationi nullus esset locº relictus. Quomodo enim predicabunt, inquit paulus, nisi mittantur? Et quis tandem est princeps, qui ratum habere velit, quod ipso non tantum inscio, sed etiam vetante quispiam egerit?

Rom.10.

Itaq; serio admonemus pios omnes, vt diligenter inquirant in eos, qui prę terita legitima & ordinaria vocatione, quoties aliquis est eis locº, vltrò ad ministerij fũctionem accedunt. Certum enim est, eiusmodi homines, cum non nisi à

nisi à malo spiritu impellantur, etiamsi ad tempus simulent Pastorum vocem, tamen lupinum ingenium tandem prodere, cum sera plerumq; miserarum ouium pœnitentia.

Prætera pro pastoribus habẽdi non sunt, quos res ipsa ostendit ad pastoris munus nullo modo esse idoneos. Neq; etiam hi, qui sceleribus sunt infames, & ad offendiculum non tollendi, sed ponenda comparati. Et, qui suum officium non obeunt. Qui enim pastor fuerit, qui non pascit?

Est tamen audienda Christi vox, etiamsi per mercenarios, & impurę vitę ministros nobiscum

T loquatur,

loquatur, vt hic valeat dictum illud: Quę dicunt facite, Sed ſecundum opera eorũ nolite facere: quatenus videlicet ſuper Moſis cathedram ſedebunt, ideſt, quaten° verbum Dei annunciabunt, quamuis eorum vita & dicta non conſentiant.

Matt 23. Phil 3

Tollerandi ſunt igitur Mercenarij ijs qdem, qui facere aliter non poſſũt. Sed quibus id onus incumbit, vt ejectis mercenarijs veros paſtores conſtituant, hij viderint, quid coram Deo reſponſuri ſint, niſi officio ſuo fungantur.

De lupis vero, ſiue pſeudoprophetis longe aliter ſentiẽdum, vt pote quos toties iubeat Domi°, vt fu-

Matt. 10. 16. Rom. 16. Gal. 5 Phil 3. 2. Tim. 6

vt fugiamus, & omnibus modis vitemus.

Pro lupis autem & Sathanę Miniſtris habemus, quicunq; extra verbum Dei vagantur, ideſt, q verbum Dei ſincere non explicãt, ſed aut plane rei, ciunt, aut ſuis cõmentis adulterant, vel aliquid ei adijciunt, aut detrahunt,

Quicquid autem iſtiuſmodi lupi garriant, etia niſi mille Canones, & totidẽ bullis, & mille ſucceſſionum gradus oſtentẽt, prorſus inane & friuolum id eſſe affirmamus, & à pijs omnibus, Chriſti & Apoſtolorum exemplo, ſecurè contemnendum.

Poteſtas enim ligãdi & ſoluẽdi,

claudendi & aperiendi non est infinita, neq; arbitraria, sed limitib°, à verbo Dei circumscriptis definita & conclusa, Neq; lupis, sed pastoribus est attributa. Atq; vt maxima pars hominum adiuuet & approbet istorum rabiem & crudelitatem, non tamen consequitur, ratũ esse in cœlis, quod in terris geritur contra Dei mandatum.

ARTICVL. VIII.

De *inferioribus ordinibus, quos minores vocant*

De functione Pastorũ, Doctorum seu Ministrorum iam dictum est, quale illorum studium, quisue labor eorum in Ecclesia continuus esse debeat, ad exemplum Christi

sti & Apostolorum eius.

Porrò fit preterea mentio apud scriptores, satis vetustos, quarundam functionum, quę postea vocari cœperunt Minores ordines.

Erant enim quidam ex clericis Ostiarij, qui ad templi fores erant, catechumenorum causa, & excõmunicatorum ac pœnitentũ, quos à mysterijs arcebant. Con. carth. quartum. can. 9

Quidam preterea dicebantur Acoluthi, quasi Episcopi comites ac pedissequi, velut omnium ipsius dictorum & factorum testes, vt paulatim Ecclesię innotescerent, & tractandis Ecclesię rebus assuescerent, Quorum etiam opera leuiculis quibusdam in rebus in pu- Eodem Concil. can. 9

blicō cœtu vtebantur.

Non deerāt etiam lectores. Cū enim adeō multiplicē operā requirat ministerium docendi, plures etiam ministrorum ordines sūt huic ministerio deputati, inter ꝙs sūt & lectores, quorum munus erat, in publico, loco editiore, diuinas scripturas prelegere. Hęc vero diuinarum scripturarum recitatio in hoc fuit instituta, vt & lingua, ratioq; loquendi scripturę, ipsaq; scriptura populo tota redderetur notior atq; familiarior. Intra annum enim omnes sacros libros populo recitabant, cū hij, q̄ scripturas enarrabant, non possent nisi aliquam partem Scripturarum

rum annuo tempore explicando absoluere.

Hijs ergo de causis magni fuit habitū in priscis Ecclesiis & hoc mun°, diuinas scripturas simpliciter populo recitandi. Nec delecti ad hoc ministeriū fuerūt, nisi de singulari pietate cōmendati, quod cum ex alijs vterum monumentis cognoscere licet, tum maxime ex vna & altera D. Cypriani Epistola perspicitur: vt ex Epist. 5. lib. 2. de Aurelio ordinato lectore. Et Epist. lib. 22. de Saturo.

Erant autē institutę omnes istę functiones, non tantū ordinis seruādi causa, sed etiā vt clerici aliquot industrię suę specimē paulati ederent, an-

anteq; illis maius aliquod onus imponeretur adeo, vt non temere aliter quam hijs gradibus ad maiores functiones peruenireturr, constitutis etiam temporum interuallis, quibus oporteret in illis singulis perstitisse, vt ex veteribus canonibus apparet.

ARTICVL. XX.

De officio Diaconorum, & erarij ecclesiastici administratione.

Ex Actis Apostolicis apparet, primitiuã Ecclesiam distributioni bonorum Ecclesię studiosè intentam fuisse. Porrò onus illud à se vllo modo reiecerunt Apostoli, quod tã multis rebus sufficere se non posse crederent, Tantum aberant ab eorum

orum sor libus, qui se vocant illorum successores, & soli volunt pro Ecclesia censeri.

Primum igitur in Ecclesia Hierosolymitana delecti sunt septẽ viri, pleni Spiritu sancto & sapientia, & vitę, idoneis testibus comprobatę, qui peculiari nomine vocati sunt Diaconi, ideſt Ministri, quod mensis, ideſt conuiuijs, quas Agapas vocabant, & reliquis eiusmodi vsibus inseruirent. quum alioqui Diaconorum, ideſt ministrorum nomen interdum latissimè pateat. Rom. 15 & alibi. sępe.

Hunc ordinem postea sequutę sunt reliquę Ecclesię, non tamẽ quod ad numerum attinet, ne qs

in ſeptenario numero curioſe philoſophetur, Sed habita eius functionis ratione, quę ferè diſtincta fuit à verbi miniſterio, vt veteris Eccleſię hiſtoria demonſtrat.

Vide Can 4 Synodi Romanę. Anno 357. Et Simpl. Rom Epiſcopi. Epiſt. 3 Item Can. Mos eſt 2c De Redditibus 2c Quatuor 2c 12 Queſt. 2

Imò etiam ex veteribus Canonibus liquet, bona eccleſiaſtica in quatuor partes diuidi conſueuiſſe.

Deut. 25. Matt. 10. 1 Cor. 9 8 Teſſ 3

Harum autem vna diſtribuebatur clericis, ideſt, qui vel ex parentum conſenſu, ſumptibus Eccleſię alebantur & inſtituebantur, tantiſper dum ad aliquod munus deligerentur: vel iam reipſa ſeruiebãt Eccleſię. Eſt enim operarius dign⁹ mercede, Et econtra æquum eſt, vt qui non laborat, non manducet.

Sed

Sed magna hic cautio adhibebatur, ne qui ſũptus inutiliter fieret. Ne multitudine clericorũ grauarentur Eccleſię Ne deniq; ex publico alerentur, qui ſuo ſũptu cõmodè poterant ſeipſos ſuſtentare.

Vide Nouell Iuſtinian.

1 Tim 5. 1. Queſt. 2 Can. Cierni

Alter autem quadrans pauperibus alendis.

Tertius, tuendis ędificijs. & alijs eiuſmodi vſibus impendebatur, ita tamẽ, vt præterq̃; quod ſũma cũ moderatione iſti ſũptus fiebãt, omnia etiam templi ornaméta, ſi quãdo id reqreret inopia, in pauperũ vſus venirent, quamuis Hieronimus & Ambroſius iam tunc ſint conqueſti, multos plus æquo iam tum fuiſſe deditos multis pompis,

Hieron. in Epiſt. ad Nepotianum. Ambr. lib. 2 oflic cap. 28

quę

que ꝓphanis potius hominibus, quam Christianis conuenirent.

Can. Apost. 38. Concil. Carth 4 Can. 15 17. 203. Can. Apostolicos Can. Sacrorum. 12 Quest 3 1 Tim. 5 Tit. 2 16 Quest 3 Can Præsulum. Hiero. Epist ad Nepotianum. Clemens in Epist. ad Iacob fratrem Domini.

Deniq;, quadrans, qui supererat, Episcopo concedebatur; Non vt eo abuteretur pro suo arbitrio, sed vt sobriè & honestè viuens, captiuos etiam fratres, cum opus esset, solaretur, Et pauperes aduenas exciperet, sicut recitat Gelasius, & Hieronimus quoq; perspicue significat.

Onera igitur istiusmodi committebantur Diaconis, eosq; oportebat rationes reddere accepti & expensi coram Presbyteris, quorũ collegio prẽerat Episcopus, adeò, vt alios aliorum authoritate vti in rebus omnibus oporteret. Quemadmodũ

admodum in concilio Antiocheno cauetur. Concil Antioch can. 24. 25.

Fecit autem postea, partim opũ amplitudo, partim oneris magnitudo, vt Diaconis adiuncti sint Subdiaconi quibusdã in locis. Et, ordinis causa, iusti ui Archidiaconi, quorum fit mentio apud Hieronimum & Gregorium. Hier Epist. Nepotiano. Greg. lib. Epist. Epist. 10.

Possunt autem Diaconis adiungi viduę, quę pauperum & hospitum vsibus seruiebant, præsertim ægrotorum, qnarum fit mentio expressa, tum apud Lucã, tum apud Paulum. Act. 6 1 Tim. 5

ARTICVL. XX.

De ea specie Ecclesiasticarum functionum, quæ versantur in iurisdictione,

Iam

Iam ad eam speciem munerũ Ecclesiasticorum peruenimus quę ad spiritualem iurisdictionem pertinent.

Cõmittebatur autem illa Presbyteris, peculiariter sic vocatis, quasi senatores siue seniores appelles, quos etiam Apostolus alicubi nuncupat Gubernatores, Et quorũ collegiũ Christus Ecclesię nomine significat, quod penes eos resideret summa politię Ecclesiasticę, vt satis appareat, totum hunc ordinem ex Israelitica Ecclesia fuisse desumptum.

1. Cor. 12. Rom. 12 Matt 18

Deligebantur vero presbyteri suffragijs aut saltẽ approbatione vniuersi cœtus, vt satis aperte constat

stat ex Ambrosio & Cypriano, cõquerentibus, quod certi homines hoc ius ad se transferrent.

Amb. in 1 Tim. 3 Cypr. lib. 1 Epist. 2 Epist 5 Et l. b. 3 Epist. 10 14

ARTICVL. XXI.

De ordine actionum in presbyterorum senatu vel collegio.

Quamuis æqualis sit presbiterorum ac pastorum inter se authoritas, sicut vna est functio, tamen necesse est omnes cœtus certó quodã ordine gubernentur. Itaq; videmus Hierosolymis in Apostolorum collegio Petrum cæteris prę iuisse. Act. 1 2.

Sed hinc non efficitur, quod nonnulli contendunt, Petri videlicet Apostolatũ esse à collegarũ munere distinguẽdum, tanq; princeps fuerit

fuerit supra Apostolos, aut veluti Ecclesiæ caput. Nam ordinis tantum causa collegis suis præbat, idq; in communi cœtu, quoties vsus ferebat.

Idq; ita esse, vel ex eo liquet, quod coram Ecclesia reprehensus ab ijs, qui erant ex circumcisione, rationem reddit obitæ suæ legationis. Et Antiochiæ à Paulo coram redarguitur. Neq; vel leuissimum testimonium in tota illa historia inuenietur, ex quo primatus ille colligi possit: sed è contrario parem Apostolorum vocationem, & æqualem functionem fuisse tota historiæ series conuincit.

Act. 11 18.
Gal. 2.
Luc. 22. Matt. 18 28. Mar. 16 Act. 1 1 Pet. 5

Itaq; agnoscimus necessarium

esse, vt aliquis inter fratres existat, qui collegium presbyterorum congreget, de negotijs referat, collegas mittat in suffragia, collegij de niq; nomine cum opus erit scribat, & loquatur.

Eiusmodi fuit in veteri Ecclesia, quem Iustinus Antistitem vocat. Sed de appellatione non erit disceptandum, is dicatur Antistes, Senior, Rector, Director, aut Intendés, nihil obest.

Iustin in Apolog.

Neq; verò ignoramus, quam multa sint à veteribus constituta de Episcoporum, Metropolitarum & Patriarcharum sedibus, idq; optimo zelo, & definitâ cuiusq; limitibus, certaq; attributa authoritate:

Sed tamen ꝓpter horrendam illam tyrannidem, quę ab hijs initijs exorta, (vt rectè iudicauit Hieronimus, Et ex tota illorũ temporũ historia liquet) vniuersam Ecclesiã perdidit, Et eius instaurationẽ hodie penè vna remoratur, acquiescimus in Apostolorum ordine & consuetudine, quos satis apparet, in procuratione negotiorum eos delegisse communi consensu, quos aptissimos esse iudicabant, prout necessitas requirebat.

Hier. in Epist. ad Titum.

Porrò ita electionem hanc regulabant, vt eiusmodi hominum potestas tẽporaria esset & definita, Et Ecclesię inter se alię alijs ex officio, non

non autem ex regio quodam imperio reuerentiam deferrent, Quum videlicet hoc vnum quęrerent, vt sese mutuo in propaganda Dei gloria iuuarent: Tantum abest, vt cuiq; liceret ex suo arbitrio quidlibet tentare, aut quisq; diceret, sese à nemine iudicandũ, etiamsi omnes in Tartara prę cipites traheret, Vt Romanus ille Antichristus non modo dixit sed etiam scriptum reliquit, vt perpetuum Romanę apostasię monimentum extaret.

Hęc autẽ ita fuisse ab Apostolis factitata, cuiuis liquere potest ex historia Electionis Matthię, & Diaconorũ: itẽq; ex eo, quod Simõ &

Act.1
Act.6
Act.8.
Act.11
Aq.15
Act.13
Epist.vtraque ad Timot.& Titum.& aliaspassim.

Iohannes in Samariam à reliquis Apostolis mittũtur, Et Barnabas, Iudas & Silas Antiochiam, atq; adeo ex ipsa Hierosolimitanę Synodi actione, & hijs, quę multis locis scribuntur.

Ex multis etiam locis apud Cyprianum intelligere licet, Episcopum prę fuisse presbyterorum collegio, non vt ibi regnaret, sed vt ex eorum sententia ecclesiasticam politiam regeret, cum preserti etiam per id tempus Ecclesię Aphricanę non adiuuarentur à Magistratu, sed potius tyrannicè vexarẽtur ac prę merentur.

ARTICVL. XXII.

De discrimine iurisdictionis Ecclesiasticæ & politicę.

Porrò

Porrò sciendum est hanc iurisdictionem non pertinere ad res terrenas & caducas Ac prorsus diuersam esse à ciuili, Sicut Christus testatus est, & post Christum Paulus, quamuis vtraq; sigillatim vniuersos fideles sine exceptione comprehendat. Nam & ciuili Magistratui obnoxij sunt omnes, cuius etiam potestas est, suo respectu ἀρχιτεκτονικὴ, quatenus pacem & εὐταξίαν procurare debet, presertim in hijs, quę primam tabulam respiciunt: Et viciśim nemo est, qui verbo Dei, & proindee ecclesiasticę disciplinę non subijciatur.

Lu.12 22
Ioh.18.
Act.6
2 Cor 10
Ps.101
2 Tim.2
Ios.1
Ps.2
Ier.1
Amb Epist. 32 valent.

Vult tamen, fatemur, Apostolus, vt vitandi offendiculi causa,

1.Cor.9.

riani suas controuersias absq; ciuili Magistratu priuatim diiudicent. Sed satis apparet Paulũ, q Christi & sanctorũ omniũ vestigia sequutus est, nihil ꝓpterea detrahere ciuili iurisdictioni, neq; cõfundere, quę Dominus distinxit, Sed eĩ dũtaxat temporis habere rationem, quo fieri non potuit, vt coràm infidelibus iudicibus contenderẽt fideles, quin varijs calũnijs essẽt obnoxij. Quã ob causam Corinthios admonet, vt eiusmodi pctius controuersię ões, vel semel tollãtur, vel domestica disceptatione cõponãtur. Nihil ergo fauet ista Pauli admonitio furiosis & vertiginosis Anabaptistis, quis nullum ciuili Magis-

Magistratui locum in Ecclesia christiana relinquunt.

Ergo, vt ad rẽ redeamus, quędã est iurisdictio Ecclesiastica, sed à ciuili penitus distinguenda.

ARTICVL. XXIII.

Quis sit scopus iurisdictionis Ecclesiasticæ, & quæ ipsius partes.

Tota iurisdictio Ecclesiastica hũc vnum scopum habet ꝓpositũ, vt & corpus vniuersum Ecclesię, & singula eius mẽbra cõseruẽtur in cõmuni ędificatiõe, ex verbi diuini prȩscripto. Iam vero cũ hęc ędificatio spiritualis posita sit i bonis legibus, & accurata ipsarũ obseruatione, Leges autẽ ipse vel ꝓpriè respiciant salutis doctrinam, ideſt,

Dei cultum, & amorem proximi: Vel ad eius politię rationem ſpectent, quę in Eccleſia debet ordinis cauſa obſeruari, efficitur, duas eſſe prȩcipuas huius iuriſdictionis partes:

Vna enim complectitur iuris condendi poteſtatem, tam quod ad dogmata & mores, tum etiam quod ad externam politiam attinet.

Altera vero poſita eſt in eorũ cohertione, qui poſitas leges tranſgrediuntur.

Sed quod attinet ad priorem partem, iam antea demonſtauim⁹, Deum ſibi vni totum hoc ius integrum ſeruaſſe, conſcientię per leges aſtrin-

ges aſtringendę, vt ex vna ipſius voluntate, nobis per Prophetas & Apoſtolos pleniſſime nunc patefacta, debeat conſtitui, quid ſit coram Deo iuſtum, vel iniuſtum.

Itaq; ſupererit altera dumtaxat particula, Eccleſię gubernatoribus conceſſa, legum videlicet cõſtituendarũ, quę τὸ πρέπου ſpectant in Eccleſia, Et ita quidem, vt omnia particularia, quę nec perpetua, nec vniuerſalia eſſe poſſunt, propter circumſtantiarum diuerſitatem, ad generales politię regulas, quę ipſę in verbo Dei ſunt expreſſę, ſemper reuocentur, Sicut ſuo loco declarauimus.

ARTICVL. XXIIII.

De partibus offi. ij Presbyterorum.

Presbyteri igitur inprimis vigilare debent, & ōnem operā adhibere, vt Ecclesia ipsis cōmissa certo ordine gubernetur, Et ōnes leges, ea de re constitutę, ab vnoquoq; sedulo obseruentur.

Item, Vt si qui inter pastores & ministros sint ἄτακτοι, in eos inquiratur, & singuli, vel priuata admonitione, vel in cōmuni presbyterorum ac pastorū cœtu attępera ta redargutione, aut etiam, cum opus erit, cohertione, (de qua postea differemus) in viam reuocentur.

Quod si quid noui emergat, eorū mun° est, tēpestiuè occurrere immi-

imminenti, vel iam presenti malo, cōstituta videlz lege, quę religionis placitis, & charitati ad amussim respondeat, ità, vt neq; imponatur iugum conscientijs, neq; multitudine legum, vel obruatur Ecclesia, vel cultus Dei in superstitionem degeneret, Sicut suo loco exposuimus.

Siue ingruens malū sit eiusmodi, vt per se possint ei mederi: siue reliqui pastores ac Ministri consulendi fuerint, vt communi consilio res communis administretur, Cum vnica sit tantum Ecclesia catholica, ideſt, vniuersalis.

Prętera, vt Ecclesia possit in-

offenso

offenso cursu pergere, (quod fieri nequit, nisi verbum Dei purè & diligenter doceatur, syncere administrentur Sacramenta, bona Ecclesię incorruptè distribuantur, Disciplina deniq; ecclesiastica conseruetur) officium presbyterorum est vel pręcipuum, vt decedentib°, Pastoribus, Ministris ac Diaconis, denuo homines eligãt ad eas functiones idoneos, quotiescunq; opus erit.

Quales autẽ esse oporteat, (quoad eius fieri potest) eos qui eligendi sunt, Spiritus sanctus planè ac perspicue descripsit, Cuius authoritatem inuiolabilem esse arbitramur.

Act. 6
1 Tim. 3
Tit. 1

ARTI-

ARTICVL. XXV.

De confirmatione Electorum ad ministeria Ecclesiastica.

Impositio manuum olim sub lege adhibebatur in victimus Deo consecrandis, & vngendis Sacerdotibus, quam postea Christus suo exemplo in christianam Ecclesiam introduxit, quoties aliquis publico ritu Deo commendabatur. Sẽper enim adhibebantur preces, ne inane symbolum esse videretur.

Leuit. 1. & alibi sępe. Vide Exodũ Mar. 16 Act. 13 1 Tim. 5

Ad hanc consuetudinem adiuncta paulatim fuerunt plurima, insigni profecto Sathanę fraude, qui præposteri zeli specie homines alioqui pios & eruditos, ita fascinauit, vt alijs etiam prędierint ad

christia-

christianismi simplicitatem adulterandã, partim vsurpatis paganorũ ritibus partĩ Mosaicis cerionijs in vsum reuocatis: cum & ab illis prsus abhorrere, & istos semel abolere oportuerit, vt vni Christo locus esset, Qui vult in spiritu & veritate adorari.

Profitemur ergo nos supra Christũ nolle sapere. Et suam sapientiã carni & mundo relinquim⁹. Consensum autem pij Magistratus in sua ditione, & populi approbationem, cum Prebyterij authoritate, & publicis precibus coniungimus, vt hęc cerimonia suis omnibus partibus constet.

ARTI-

ARTICVL. XXVI.

De ea parte iurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ ad correctiones spectat.

In cohertionibus Ecclesiasticis primo loco putamus obseruandũ, qua in re differant à ciuilibus pœnis. Differunt autem precipue, quod neq; carceribus, neq; mulcta pecuniaria, aut pœna corporali vtuntur presbyteri, Sed vno Dei verbo peccatores castigant, Idq; vt ad resipiscentiam adducant. Quoniam omnis Ecclesię iurisdictio spiritualis est, & conscientiarum directionem & ædificationem directè respicit. Luc. 22. Ioh. 18. 1. Tim. 6. 2. Cor. 13.

Quod autem Apostoli interdũ pœnis corporalibus vsi sunt,

pecu-

peculiare & extra ordinariũ fuit. Quoniam eos oportuit hac etiam potestate interdum armari, vt cũ impius adhuc esset Magistratus.

Secundo loco, causas verè Ecclesiasticas, idest, quarum cognitio ꝓpriè ad presbyterium pertinet, in tres ſpecies distinguimus. Aut enĩ agitur,

De { *Doctrina.* / *Moribus.* / *Violata Ecclesiastica politia.* }

Porrò Doctrina potest aberrari, vel sola simplici ignorantia, vel quę cũ ꝓbitate coniuncta sit. Edit autẽ imꝓbitas suos fructus, ꝓut excreuit, Et habenda etiam ratio est eius dogmatis, quod violatur, vt a simplici ignorantia discerni possit improbitas, Et sceleris quoq; magnitudo melius intelligi.

Est autem in hijs õnibus tenẽdus hic modus, vt à mitioribus remedijs initium fiat. Oportet enim ignorantes paulatim erudiri, & maliciam coargui, tum priuatis, tum etiam, si opus erit, publicis admonitionibus, scIz coram Presbyterio, vt, si fieri potest, resipiscãt hõines è Diaboli laqueo. Quod si nihil ista profecerint, Tum ad vltimũ remedium veniẽdum erit, de quo mox dicemus.

2 Cor 5 Rom. 14 Eph. 4

Act. 7 8 Luc. 3 1. Cor. 5. Gal. 3. 1 Tim. 2

Quod autem attinet ad morũ correctionem, discrimen ponendũ

est inter ea dicta, vel facta, quibus certi dumtaxat homines læsi sunt, & quorum publicum non est offendiculum. & ea quę publica sũt, vel suapte natura, vel ꝓpter offẽdiculum publicum

Præterea, qui sępius est relapsus, vitiosior est eo, qui semel dũtaxat humana imbecillitate lapsus est, Ac proinde asperius est cum illo, quam cum isto agendum.

In priuatis autem delictis quid sit agendũ, planè ac perspicuè traditum est ab ipso Iesu Christo.

Matt. 18

Publicè ergo, idest cum offẽdiculo publico peccantes, iubet Paulus coràm õnibus argui, Et suo ipsius exemplo hanc doctrinam in repre-

1 Tim. 5. Gal. 2

reprehendendo Petro cõfirmauit.

Quod si reprehẽsiones istę satis ꝓfuerint, quiescẽdũ erit profectò, & gratię Deo agẽdę, testib° ipsis Angelis in cœlo: Sin min°, paulatĩ veniendũ erit ad vltimũ remediũ ita tamẽ, vt õnia fiãt in timore Domini, & ad ędificationẽ teferãtur.

Luc. 15
Matt. 18
1 Cor. 5
1 Tim. 6
2 Tim. 4
Tit. 3
2 Thess 3
2 Ioh. 1

Quod autem attinet ad ea tũ dicta, tum facta, quę publcas ipsas ꝑsonas attingunt, idq; ob suę fũctionis εὐταξίαν violatam, extant veteres Canones hijs de rebus accuratè scripti, ex quibus satis intelligi pot-st, quis fuerit veterum patrum zelus, vt omnia in domo Dei ritè & ordine fierent.

Itaq; non recusamus, quin,

si instauratę essent Ecclesiarum ruinę, omnia illa diligenter expẽdantur, & cohercendę preserti eorum ἀταξίαι, quos oportuit cæteris prelucere, vel durissima quęq; frena inijciantur. Adhibita tamen hac vna moderatiõe, vt spectetur, quid cum verbo Dei cõsentiat, & quid expediat, ne dum volumus Epicurismum, sicut par est, vitare, in Pharisaismum siue Monachismũ incurramus.

ARTICVL. XXVII.

DE EXCOMMVNICATIONE, *Quid sit, Et quis sit ipsius rectus & legitimus vsus.*

Correctio ecclesiastica duos habet gradus, quorum prior est Admonitio, ad peccati magnitudinem, & peccatoris ædificationem accommdata. Eam consequitur, cũ ità opus est, Excõmunicatio, in qua putamus hæc præcipue obseruanda.

Primum omnium spectandũ, quid declaret Excommunicationis vocabulum, Nempe, Presbyterij sententiam, præeũte legitima cognitione, prolatam in Dei nomine & authoritate, ex ipsius verbo, qua declaratur quispiam iustè exclusus ex Sanctorum communione, siue ex Dei Ecclesia, Ac proinde traditus Sathanę, cum extra Ecclesiam non sit salus: Adhibita tamen exceptione, Nisi resipuerit. 1 Cor. 5

Secundo, Sciendum est hanc potestatē non niti humana ordinatiõe, sed expresso Dei verbo. Hæc enim pars est iurisdictionis clauiũ, Apostolis, & in Apostolorũ persona omnibus veris presbyteris traditarum, Quam Paulus ipse Corinthi, & alibi exercuit.

Matth. 18
1. Cor. 5.
1 Tim. 1

Ex hoc autem efficiuntur duo:

Vnum, Hanc sententiam, quę ita ꝓfertur in terris, ratam esse in cœlis.

Alterum, Nullo modo nobis esse audiendos, qui disputant, An sit necessario reuocandus legitimę excommunicationis vsus.

Cæterum, Si Ecclesia ius habet

bet eijciendi, cõsequitur, eam quoq, habere ius iterũ recipiendi peccatores, de ꝗrum resipiscentia satis constiterit, quiq;, si publicum fuerit offendiculum, & palàm, vt ab omnibus caueantur, ꝓmulgata fuerit eorum excommunicatio, publicèq;, sicut par est, Ecclesię fuerint reconciliati.

2 Cor. 2
Vide Cypr. lib. 1 cap. 2 Et lib. 3 Epist. 14 & 16
1 Tim. 6
1 Cor. 5
2 Tess. 3
Tit. 3.
2 Ioh. 1
Matth. 19.

Et varij quoq; sũt excõmunicationis gradꝰ, ꝓ varijs, nõ tantũ peccatorũ inter se, sed etiã vnius & eiusdē peccati circũstantia, quò fit, vt nõnulli hactenꝰ tantũ excommuni cœtu eiiciantur, quatenꝰ eis ad tẽpus interdicitur cœnę participatione,

Est autem nobis diligenter curandũ, non modo vt offẽdicula tol

lantur, sed etiam ne vulnera potius nostra seueritate, exulceremus,
2 Cor. 2 quam sanemus: Cũ presertim certissimum sit, hęc adhiberi, vt remedia, q̃bus homines seruentur non aut em vt cauteria, quibus semel amputentur.

Mat. 18 Tertio loco tenendum est, Hãc potestatẽ nulli certó homini attribui, (nisi Domino libuerit extra ordinem agere) Sed toti presbyterorum collegio Nam sani iudicij hominibus constat, Christum de hac rediſſerentem, (quam satis etiam liquet ex Izraelitica Ecclesia ad nos translatam,) Ecclesię nomine συνέδριον siue πρεσβυτέριον, idest Seniorum collegium significasse.

Præte-

Præterea ius istud non esse falsę & apostaticæ Ecclesię, qualis est Romana siue papistica, concessũ, Sed Presbyterio, canonicè & legitimè electo. Ex quo consequitur, omnes Antichristi Romani, & pseudoepiscoporum excommunicationes esse ipso iure nullas

Quartó, Diligenter obseruandum est, ne vero quidem ac legitimo Presbyterio licere pro suo arbitrio spirituale hunc gladiũ stringere, sed totam hanc potestatem esse suis finibus circumscriptam, vt non nisi iusta prœeunte cognitione, & iustis de causis, ex prescripto verbi diuini, in timore Dei, cum charitate exerceatur. Nam quod

iniquè agitur in terris, ratum esse
Ioh. 16. 9 non potest in cœlis Quamobrem
etiã Iesus Christus cum Apostolis
omnes à Scribis & Sacerdotib° in
se ꝓnunciatas excõmunicationes
meritò cõtẽpserunt, Quamuis illi
Niceph Eccl. hist. lib. 4 cap. 37 & 39. supra cathedram Mosis sederent.

Sic quoq; Ireneus Lugdunẽsis
Episcop° circiter annum Domini:
198, seuerè & acriter reiecit excõ-
municationẽ aduersus orientales
Ecclesias, à Victore Romano Epis
copo temere ꝓnunciatam.

Niceen. concil. Can 5. & 8. Et satis etiam constat ob eam
causã indictas fuisse ꝓuinciales Sy-
nodos semestres, vt audirentur eo-
rum querelę, qui sibi à suis Pres-
byteris iniuriam in huiusmodi
Eccle-

Ecclesiasticis factã ꝓbarent. Nam
Episcopos oportebat sibi mutuo
opem ferre, sine vlla ambitionis
aut tyrãnidis specie. Et Metropoli-
tis erant sui limites definiti, Nec
quicq; illis agere, nisi ex sui collegij
sententia licebat, donec paulatim
certi patriarchę, ac presertim Ro-
manus, reliquis stertentibus Epis-
copis, aut cũ eo cõiurantibus, om-
nia ad se pertraxerunt.

Niceen. concil. can. 6 & Antioche. 9.

ARTICVL. XXVIII.

Qui sint Fines Excommunicationis.

Deniq; annotandi sunt fines,
quorum gratia instituta fuit ex-
cõmunicatio ex Dei verbo. Primũ 1.
videlicet, vt Ecclesia pura sit, non
pollutis

Matth.7 Act.8. 2.Cor.5 pollutis præsertim Sacramentis, quoad eius fieri potest, Neq; male audiat, quasi sit quorumuis scelera torum fautrix & adiutrix.

2. Deniq;, vt qui aberrarunt, aliquo saltem pudore victi, in viam reuocentur, & reliqui timeant.

2 Cor 5 1 Tim. 1 2 Tit. 3 1 Tim. 5

3. Deniq;, Ne morbidę pecudes sua contagione reliquas inficiant,

2. Cor. 5.

Hos fines qui sibi apponet, facile animaduertet, quanta seueritate sit opus, & quo pacto sint ad ędificationem tum publicam, tum priuatam accommodandi.

ARTICVL. XIXX.

De Matrimonio & Cœlibatu.

Primum testamur, nullã salutis nostrę partem in istiusmodi rebus col-

bus collocari, quales sũt, Matrimonium, Cœlibatus, & similes. Nam in vno Iesu Christo spem omnem nostram ponimus. Bona autem opera, in quibus nobis ambulandum est, longe alia esse dicim°, Eanimirum, quę nobis in duabus illis tabulis sunt prescripta. Neq; tamen illa damnamus. sed de hi;s ita sentimus, vt mox à nobis explicabitur. 1. Tim. 4

Quod ad Cœlibatum attinet, COELIB. continętię sedem locamus in ipsis cordis penetralibus. Ac proinde non alios habemus pro verè virginibus, quam eos, in quibus ità est exstinctus libidinis pruritus, vt quamuis titillentur, tamen non v-

rantur

1 Cor 7 vrantur, Ac proinde Matrimonij remedio non indigeant.

Deinde didicimus, tum ex Dei verbo, tum etiam ex ipsa experientia, (quam miramur ne stultorum quidem magistram esse posse) continentię donum peculiariter donari à Deo, non modo certis hominibus, quibus libuit, sed etiam plerumq; ad certum tempus.

1. Cor. 7. Mat. 19

Præterea, Nec virginitatem, nec Matrimonium habemus in earũ rerũ numero, qua simpliciter & per se nos reddant meliores, & Deo gratiores. Sed hactenus laudamus continentię donum, quatenus

tenus qui cœlebs est, nec tamen vritur, plerisq; in rebus aptior est ad curanda quę Dei sunt, cum priuatis familię negotijs non distrahatur. 1. Cor. 7

Quod autem attinet ad Matrimonium, affirmamus constitutum esse à Deo, & in quouis vitę genere laudabile, adeò, vt quisquis continentię donum non habet, idest, ità exestuat immoderatis illis affectibus, vt ad prauas cupiditates trahatur, matrimonij remedio vti teneatur. MATRIM. Gen. 2 Lauth. 19 Eph. 5 1 Cor. 7

Deinde admonemus, in ipso etiam matrimonio quandam esse scortationis speciem, si quis puro

Dei

Dei dono purè & sanctè vtatur, ad eum finem, cuius causa est institutum.

Præterea, Patriam potestatem in liberos saluam & integram retinemus, sicut par est. ea tamé adhibita exceptione, nisi parentes suo iure abutantur.

Exo. 22. Deut. 22.

Graduum distinctionem ità vt in verbo Dei descripta est, inuiolabiliter seruandā arbitramur: Neq; supra Deum sapere volumus. Quāuis hic quoq; spectandū putam°, non modo quid liceat, sed etiā qd expediat. Et nostra libertate ad ędificationem vtendum esse sedulo docemus.

Luuit. 16. 1. Cor 5

Adulteria & omne scortationis genus

genus publicis & acribus pœnis punienda docemus. Nec lupanarium vsum in christianis Ecclesijs vllo modo tolerabilem arbitramur.

Deniq; ꝓhibitionem coniugij, ac proinde votum perpetuę continentię censemus cum Apostolo Diabolicam esse doctrinam, vtpote quę expresso Dei verbo, & puri oris Ecclesię moribus é diametro repugnet.

VOTVM continent.ę

1. Tim. 4

1. Cor. 7. 1 Tim. 3

Id autem ità esse, si non ex alio testimonio, at certè colligi potuit iam olim, ac debuit, ex hijs, quę sunt istam Diabolicam legem cōsecutā. Cum nullum sit tam horrendum libidinis genus, quo non

sese mutuo polluant, qui egregio isti voto sese astrinxerunt, Idest, qui istos compedes sibi ipsis impegerunt.

Ac sunt quidem plurimi, qui hoc occasione arrepta clamitent, libertatē carnis à nobis queri: sed quam isti sint imprudentes, si nolunt ex nostris & illorum moribꝰ, inter se collatis, iudicare, ex re ipsa saltem colligatur.

Neq; enim continentiā quisq; nostrum vnq; reprehendit, Cuius certè exēpla possemꝰ multo plura in nostro ordine, Dei beneficio pferre, quam isti cōtaminati possint. Sed eam legē, vt prorsus Sathanicam reprehendimus. quę cū imponatur affectui, non tam voluntario, quā naturali, nihil aliud quā extremā & certissimā pernitiē ōnibus afferre potest, nisi continentię donum, & quidem perpetuum, habuerint.

Dicant igitur isti, quod ad hunc vsq; diem necesse est, vt fateantur se vel nesciuisse, vel scire neglexisse, quo modo videlicet intelligere possit aliquis, hoc donum sibi collatum esse in perpetuum.

Hic si obijciant, Se id futu-

rum ſperare: parata eſt duplex reſponſio:

Nempe, Neq; ſperari rectè poſſe, qđ nemini Deus ꝓmiſerit, Atq; adeò, qd neſcias, an cum tua vocatione pugnet: Neq; à temeritate poſſe excuſari, qui rem tanti monenti, & non poſitam in noſtra voluntate, auſi fuerint vouere.

Deniq; oſtendant iſti, magis ſtudere libertati carnis qui vnumquemq; monent, vt, ſi continere ſe non poteſt, quemadmodum mo-
1.Cor.7 net Apoſtolus, vnam vxorem ſibi adiungat, quî cum caſtè & pudicè viuat: quã qui cœlibatus obtentu homines ad turpiſſima quęq; patrãda cogunt.

ARTI-

ARTICVL. XXX.

De Ieiunio.

Quod ad Ieiunium attinet, primum omnium ad ſobrietatem & tẽperantiam perpetuam homines hortamur. Illos verò non dicimus ieiunare, qui ſemel dumtaxat in ſingulos dies ventrem ſaturant, (quod olim pleriq; veteres tota vita factitabãt) Aut qui piſcibus potius quam carnibus veſcuntur, Cũ maiores ſint ſępe piſcium quã carnium delicię: Sed eos potius, q genium fraudant, & continentiam, ſolitò ſeueriorem, ſibi ad certum tempus indicunt.

Deinde, Hypochritica Ieiunia cum Chriſto & ꝓphetis damna- Matt.6. Iſa 58. Ioel 2.

Y 3 mus,

mus. Vera autem ieiunia non commendamus quasi diuini cultus speciem, sed quatenus præstantioris finis causa suscipiuntur, Nempe, vt lasciuiens caro veluti fame dometur. Vel vt ad preces serió cordis affectu concipiendas nosipsos præparemus: Vel vt nos totos cum vero animi dolore coràm Deo abijciamus: Et testimonijs etiam externis, tum nos ipsos, tum alios ad resipiscentiam acuamus.

Augustl. lib 2 d. Manich. moribus. cap. 13 Et lib 30 contra Faustum. 1 Tim. 4 1 Cor. 9 Luc. 2 Act. 13 14. 1. Cor. 7 Ioel. 2. 1 Sam 7 & alibi passim.

Deniq; nullam ordinarij Ieiunij legem præscribimus, (quoniam id potius Iudaismo cõuenit, quam christianismo) Sed, quod attinet

Euseb. Eccl. historiæ, lib. 5 cap. 18

tinet ad priuata Ieiunia, satis est nobis, vnumquemq; sui officij admonere: Publica vero Ieiunia, (quoties ità postulat temporum ratio, & imminens calamitas, peccatis nostris debita) æquissimum esse censemus, vt ex presbyterij & pij Magistratus authoritate indicentur.

ARTICVL. XXXI.

De Dierum & Ciborum delectu.

Superstitiosum esse docemus, arbitrari vnum aliquem diem altero sanctiorem, & cessationem à quotidianis laboribus per se à Dõino cõprobarj. Interea tamen septiũ quéq; diẽ, sicut iussit Domi

Rom. 14 Col. 2.

nus,

nus, sanctificamus, idest, habendis cœtibus, & audiendo Dei verbo totum consecramus: sed absq; Iudaica vlla cerimonia, vel stulta, de qua diximus, superstitione. Quamobrem etiam non Sabbathum, sed diem, quem dominicum vocãt, ex veteris Ecclesię consuetudine ad eam rem delegimus.

1 Cor. 16
Act. 20.
Apoc. 1.
Iustin. Apolog. 2.

Ex reliquis autem diebus festis quotcunq; potuimus expunximus, pręsertim per manifestam idolatriam inuectos, vt infinitas inde exorientes corruptelas corrigeremus, & fratrum inopię consuleremus.

Quoniam tamen nonnulli celebrandis quibusdam redemptionis nos-

nis nostrę mysterijs iam olim fuerunt consecrati, vtimur christiana libertate, & omnia ad ædificationem referimus, pro diuersa locorum, temporũ & personarum circumstantia.

Quod ad cibos attinet, Sobrietatem inprimis vrgemus. Vtimur autem quibusuis cibis cum gratiarumactione, abq; vlla nostrę conscientię offensione. Didicimus enim ex Paulo, nobis id licere, modo ne fratri infirmo ponamus offendiculum. Quoniã Regnum Dei non est positum in esca vel potu. Et omnia sunt munda mundis,

1 Cor. 10

Rom. 14 15
1 Cor. 8
Mar. 7
Col. 2.
1 Tim. 4
Tit. 1.

Itaq; delectum istum ciborũ,

in quo nonnulli cultum Dei ponunt, non dubitamus cum Apostolo Diabolicam doctrinã, & immanimsimam supetstitionem vocare.

1 Tim. 4 Col. 2

ARTICVL. XXXII.

De Christiani Magistratus officio.

Supereſt, vt diſſeramus de Magiſtratu, vno videlicet ex Eccleſię membris, eoq;, in ſuo genere, precipuo, ac cæteris, ſine vlla exceptione, prefecto.

Rom. 13

Huius itaq; munus eſt publicã pacẽ & trãquillitatẽ conſeruare. Id verò cũ fieri ſatis rectè nõ poſsit, q̃n primo loco vigeat ver⁹ Dei cult⁹, à q̃ vno vera õnis felicitas ꝓmanat, cõſequit, nihil ãtiquius eſſe debere apud chriſtianos magiſtrat⁹, quã

vt Eccleſim habeat ad preſcriptũ verbi Dei cõſtitutã, Cui⁹ authoritatẽ aduerſ⁹ õnes eius contẽptores, ac prefractos pturbatores tueãtur ac vindicent, Dauidis, Salamonis, Ezechię, Ioſię õnium deniq; piorum Regum ac principum exemplum ſequuti.

Sed & in negotijs, quę ꝓpriè ad hãcvitam ſpectant, Magiſtratui ꝓſpiciendum eſt, Siue de priuatis controueſijs agitur, Siue de publica & communi οὐτακτίᾳ Siue de publicis arcendis iniurijs, vt leges ſtatuantur quam æquiſsimę, & ad verbum Dei, tanquam vniuerſalem regulam, quam accommodatiſsimę, pro diuerſa tempo-

Deut. 17 Iſa. 49 pſal. 101 2 Sam. 6 1 Reg. 2 11 2 Par 15 15 2 Reg. 10 18 & 23

rum

rum & locorum circumstantia: Et ex hijs legibus incorruptè iudicetur. Eorum authoritas asseratur, Maleficia puniãtur, Ad arma non nisi iustissimis & necessarijs de
Luc. 3. causis veniatur: Bellum cum summa integritate & pura conscientia administretur: Deniq; cum sũmo Dei timore omnia procurentur, quę ad pacem publicam, cũ
1 Tim. 2 Matt. 17. 22. Luc. 15. Rom. 13. gloria Dei coniunctam spectant: Eiusq; rei procurandę causa ea vectigalia & tributa exigantur, quę publicis oneribus ferendis sufficiant.

ARTICVL. XXXIII.

De obedientia, quæ Magistratibus debetur.

Quisquis Dei ordinationi parêre

rêre debet, (debent autem omnes sine vlla exceptione) idem quoq; Magistratuũ suorum imperio est obnoxius, vtpote quos Deus ordinauit, siue illi pij ac placidi sint, siue impij ac crudeles. Semper enĩ Deo parendum est, penes quem vnum principium est & attribuendi, & auferẽdi imperia: Et libẽter acquiescendum in illius voluntate, quę est constantissima iustitię regula. Rom. 13

Sic iubetur Sedechias sese Babyloniorum regi dedere. Et quoniam non paret, merito punitur. Ier. 27. 37. & 38.

Et abductis in captiuitatem Iudeis prȩcipitur, vt orent pro Nebucadnezaris salute, tantisper dũ Baruch. 1.

cos eri-

eos eripiat Dominus.

Quod igitur ad priuatos homines attinet, tẽẽre illios opertet, plurimum inter se differre, iniuriã inferre, Et, iniuriam pati. Iniuriam pati nostrum est, sic precipiente Domino, & suo exemplo nobis prẽeunte, cũ illã vi arrcere nõ licet ex nostrę vocationis prę scripto extra quã nephas ex nobis vel pedem ponere. Neq; aliud vllum remedium hic ꝓponitur priuatis hominibus, Tyranno subiectis, præter vitę emendationem, & preces ac lachrimas, quas Dominus suo tempore non aspernabitur.

Matt. 17 21. Rom. 13.

Iniuriam autem inferre nemini debemus, nec volentes, nec ab alijs

alijs iussi, neq; ad alicuius iussum aliquid contra Dei mandata, quę nos ad pietatem & iustitiam obligant, vnq; perpetrare debemus. Neq; enim priuatam vocationem nostram deserere fas est, cuius certum habeamus testimonium.

Hic etiam firma est ac constans hęc regula, Deo parendum esse potius, quam hominibus, quoties hominum imperijs parêre non possumus, quin summi illius regis regum, & Domini dominorũ authoritatem violemus: ita tamen, vt meminerimus, aliud esse non parere, quam resistere, vel ad arma se comparare, quę à Domino non acceperis.

Sic

Exo.1. Sic laudantur obstetrices, quę Pharaoni non paruerunt.

Et Apostoli omnesq; adeò prophetę & Martyres à nullis tyrannis adduci potuerunt, vt suo silentio veritatem proderent, Nedum vt operam suam tyrannis accommodarent.

Quid igitur sentiamus de subiectorum erga suos Magistratus officio, ex istis cognosci potest, multo certius ac uerius profectó, quã ex eorum calumnijs, quibus nullus est pudor nos inuoluere cum vertiginosis Anabaptistis, qui Magistratus authoritatem tollunt, Iurisiurandi religionem euertunt, Iudicia & bella per se illicita esse contendunt:

tendunt: à quibus sceleribus quãtum, Dei beneficio, absimus, nemo potest ignorare, nisi qui lucem recusat intuerj.

DE VLTIMO IVDICIO.

CAPVT. VI.

Quid sit nobis credendum & sperandum de venturo vltimo iudicio.

Credimus ex Dei verbo, fore, vt tempore constituto, quod ne Angeli quidem ipsi norunt, Iesus Christus, post expletum Electorũ numerum, & huius mundi machinam igne repurgatam, veniat è cœlis, ità vt est visibili & vero suo

Act. 3
1 pet. 3
Matt. 4. 23
1 Tess. 5
Apoc. 6
1 pet 3
2 pet 3

humano corpore, sed diuina coniuncta maiestate preditus: vt coram eo compareant, quicunq; à condito mundo homines extiterint.

Act 1.

Matth. 25

Nam quos antea mori contigerit, iterum resurgent, ijsdem videlicet corporibus, quę ad tempus quieuerunt, cum eadem anima rursum, idq; inseperabiliter coniunctis: Qui verò in Christi aduentu superstites fuerint deprehensi, vno momento immutabuntur, id est, in eam conditionem transibunt, qua futura est hominum natura post resurrectionem.

1. Cor. 15. 1 Thess 4.

Deinde, Dominus omnes, sine exceptione iudicabit ex verbo suo.

Matt 25

Quicunq; igitur crediderint, sicut ex fidei fructibus constabit, fient Christi coheredes, non tantum animatenus, quę à suo excessu ex corpore in Dominii sui gaudium ingressa, tũc demum, corpore suo resumpto, plena felicitate perfruetur. Sed in ipso etiam corpore, quod omni deposita infirmitate, incorruptionem & gloriam, nobis nunc incomprehensibilem, induet.

2. Tim. 4

Luc 13. Act 7. Phil 1 Rom. 8 1. Cor. 2. 15 & 15

Econtra verò scelerati & increduli, suę conscientię testimonio conuicti, perennem quidem naturam induent, sed omnis ignominię plenam, & in eum tantum finẽ, vt perpetuo torqueri possint cum Diabolo & ipsius Angelis.

Rom. 2

Matt. 25

INDEX CAPITVM ET Articulorum Compendij.

DE SANCTA TRINITATE. CAPVT. PRIMVM.

Articul Primus: Deum vnum esse. fo'io. 1.
Articul. II. Vnum Deum tribus personis non diuidi, sed distingui. 1.
Articul. III. De eterna Dei Prouidentia. 1. B

DE DEO PATRE. CAPVT. II.

Articul. I. De persona Patris. 2.
Articul. II. Patrem esse creatorem & conseruatorem omnium rerum. 2. B
Articul. III. De Angelis. 2. B
Articul. IIII. Opera Trinitatis inseperabilia. 3 B

DE IESV CHRISTO VNICO DEI FILIO. CAPVT. III.

Articul. I. De diuinitate Filij. 4.
Articul. II. Filium ab eterno constitutum esse vnicum Mediatorem inter Deum & Electos. 4.
Articul. III. Deus est perfectè iustus, & perfectè misericors. 4. B
Articul. IIII. Deus est immutabilis. 4. B

Articul.

Articul. V. Secundas causas Dei consilio non excludi. 5.
Articul. VI. Hominem ad declarandam Dei iustitiam ac misericordiam creatum esse. 5. B
Articul. VII. Qua de causa primum hominem oportuerit purum creari. 5. B
Articul. VIII. Oportuisse hominem puritate & integritate sua excidere. 6.
Articul. IX. Hominem à Deo purum ac bonum creatum esse. 6. B
Articul. X Quomodo sese primus homo cum vniuersa posteritate, tum primè, tum secundè Morti obnoxium fecerit. 7.
Articul. XI. Qua via ad priorem Mortem peruenitur. 7.
Articul. XII. Priorem mortem sempiternam esse non posse. 7. B
Articul. XIII. Quevia ad secundam mortem deducat. 8.
Articul. XIIII. Cuiusmodi arbitrij libertas homini post peccatum reliqua facta sit. 8.
Articul. XV. Summa doctrinæ de peccato originis. 8.
Articul XVI Quomodo Deus peccato hominis ad gloriam suam vtatur. 10. B
Articul. XVII. Iesus Christus est vnicus Mediator,

à Deo constitutus ac promissus. 11.
Articul. XVIII Quæ sit conuenientia, & quod discrimen veteris & noui Testamenti. 11. B
Articul. XIX. Cur oportuerit Christum esse verum hominem, sed absq; peccato. 12.
Articul. XX. Cur Christum oportuerit verè Deum esse. 13. B
Articul. XXI. Quomodo nostræ salutis mysterium fuerit impletum in esu Christo. 15.
Articul. XXII. Duæ naturæ, diuina & humana, in vnam personam sunt vnitæ, ab ipso conceptionis carnis momento. 15. B
Articul. XXIII. Maria virgo est mater Iesu Christi Dei & hominis. 16.
Articul. XXIII. Breuis descriptio, quomodo Christus salutem nobis attulerit. 16
Articul XXV. Quomodo Christus sese in cœlum subduxerit, & tamen nobiscum adhuc versetur. 17. B
Articul. XXVI. Nullam aliam posse esse veram religionem. 18. B

DE SANCTO SPIRITV.
CAPVT. III.

Articul. I. De persona spiritussancti. 20
Articul. II. De efficitibus qui in spiritu sancto propriè consi-

derantur. 20.
Articul. III. Sanctus Spiritus sola fide nos facit Christi participes. 20 B
Articul. IIII. Quibus medijs vtatur Spiritus Sanctus ad fidem in nobis creandam, ac conseruandam. 21.
Articul. V. Quantopere necessaria sit fides, et quid sit. 21. B
Articul. VI. Quod sit verè fidei obiectum, Et quæ eius efficatia. 23. B
Articul. VII. Quomodo accipiendum sit quod ex paulo affirmamus, nos sola fide iustificari. 24
Articul. VIII. Certum esse suæ salutis per Christum fide apprehensum, nihil minus esse quã arrogantiam. 25 B
Articul. IX. Fidem inuenire in vno Christo quicquid ad salutem requiritur. 26 B
Articul. X. De primæ tentationis primo insultu, in quo nobis innumerabilia peccata nostra proponuntur: & vnico remedio, quod in vno Iesu Christo aduersus hunc insultum per fidem inuenitur. 27. B
Prima ratio aduersus merita Sanctorum. 28 B
Secunda ratio aduersus merita Sanctorũ. 29.
Tertia ratio aduersus merita Sactorum. 29.
Quarta ratio aduersus merita Sanctorum. 29

Rationes quatuor cõtra meritum nostrum. 30. B
Responsio ad Sathanę Argumentum. 31 B
Secundum membrum responsionis. 32.
Conclusio Responsionis. 32.
Alia Tentatio Diaboli, argumento sumpto à cruce, variis afflictionibus & morte nostra. 32 B
Responsio ad Argumentum. 33.
Articul. XI. De remedio, quod vna fides in vno Christo nanciscitur aduersus alterum eiusdem tentationis insultum, positum in eo. quod nusquam in nobis extat iustitia illa, quam Deus merito à nobis requirit. 33. B
Remedium contra secundam tentationem. 34
Articul. XII. De tertio eiusdem tentationis insultu, Quod natura simus corrupti, ac proinde Deo exosi. 35.
Remedium contra tentationem, 35 B
Responsum in Tentatione. 35. B
Articul XIII. De remedio aduersus secundam Tentationem, in qua quæritur, An fidem habeamus. 37.
Effecta Christi in nobis per fidē habitātes. 38 B
Regeneratio & Sanctificatio. 39.
Mortificatio veteris hominis. 39 B
Sepultura veteris hominis. 39. B
Mors prima veteris hominis. 40.
Resurrectio

Resurrectio, noui hominis. 40. B
De fructibus renatorum, & bonis operibus seu profectu renatorum, 41.
Articul. XIII. Impudentem esse calumniam eorum, qui dicunt bona opera à nobis reprehendi. 41.
Articul. XV. Prima controuersia in argumento bonorum operum: Quę nam sint pro bonis, & quę pro malis, habenda. 41. B
Articul. XVI. Quę sint opera omnium excellentissima, Et, quę Precum sit præstantia. 42 C
Partitio & summa legis. 24 B
De Inuocatione & precibus. 43.
Quę ad veras preces requirantur. 43. B
De Sanctorum inuocatione. 44.
Rationes cur non sint Sancti inuocandi. 44. B
Obiectiones papistarum pro cultu & Inuocatione Sanctorum. 45. B
De oparibus charitatis erga proximū 50. B
De Adiaphoris seu operibus indifferentibus. 51.
Articul. XVII. Altera controuersia de bonis operibus. in qua quæritur de eorum principio & origine. 52.
Gratia & liberum arbitrium non concurrunt. 53. B

Articul. XVIII. De tertia controuersia in bonis operibus, Nempe, quæ nam sit eorum vtilitas. 54. B

Articul. XIX. Quorsum nobis vtilia sint bona opera apud Deum & apud homines. 57.

De particulari Electione. 61.

Articul. XX. Remedium aduersus vltimam eamq; grauissimam tentationem, in qua quæritur, An simus ex Electorum numero. 62. B

Fides & donum perseuerantiæ semper sunt coniuncta. 68.

Quomodo peccatis excutiatur fides & Spiritussanctus. 69.

Securitas fidei de perseuerantia. 70.

Electione non abutitur fidelis ad peccandi licentiam. 70. B

Electionis & predestinationis summa 71. B

Articul. XXI. Quibus instrumentis vtatur Spiritussanctus, vt fidem creet in Electorum cordibus. 72.

Articul. XXII. Quid intelligatur verbi Dei appellatione, Et de duabus eius partibus, Lege nimirum et Euangelio. 72. B

Lex. 73.

Euangelium. 73. B

Articul. XXIII. Quid inter se commune habeant Lex et Euangelium: Et rursus, Quibus in rebus differant. 74.

De Litera et Spiritu. 78.

Articul. XXIIII. Quorsum utatur Legis prædicatione Spiritussanctus. 80.

Articul. XXV. De altera Verbi Dei parte, quæ Euangelium dicitur, cuius, sit authoritatis, quamobrem, quomodo, et in quem finem scriptum. 82. B.

Articul. XXVI. Ad Euangelium pertinere aliqua etiam ex parte libros, qui Veteris Testamenti dicuntur. 85. B.

Articul. XXVII. Quæ sit sacræ scripturæ authoritas, Et quamobrem debeat in omnia Vulgata idiomata transferri. 86. B.

Articul. XXVIII. Quomodo Vtatur Spiritussanctus externa Euangelij predicatione, ad fidem in Electis gignendam, et ad indurandos reprobos. 89.

Articul. XXIX. De altero fructu predicationis Legis, qui consequitur efficacem Euangelij declarationem. 90. B.

Confessio quæ et qualis necessaria. 92.

Satisfactio. ibidem.

Articul XXX. De altero instrumento, quo Vtitur Spiritussanctus, ut nos efficiat Iesu Christi parti-

participes, Et quibus de causis Dominus non acquieuerit in nuda et simplici predicatione Verbi. 92. B.
Articul, XXXI. De finitio Sacramenti. 95. B.
Articul. XXXII. Quod sit discrimen inter Veteris et noui foederis Sacramenta. 97. B.
Articul. XXXIII. Quibus notis uera Sacramenta ab adulterinis distinguantur. 98. .
Articul. XXXIIII. De hijs, quæ communia sunt Verbo et Sacramentis. 99. B.
Articul. XXXV. Quid habeant proprium et peculiare Sacramenta, eius finis respectu, propter quem á Deo sunt constituta. 101 B.
Communicaturi probationis regulam teneant. 102. B.
Agit Deus aliquando et extraordinarié. 103.
De necessitate et contẽptu Sacramẽtorũ. 103.
Sacramentorum Vsus quid fidei nostræ conferat. 104 B
Articul. XXXVI. Duo tantum esse Sacramenta Christianæ Ecclesiæ. 104 B.
Articul, XXXVII Quatuor esse precipua capita consideranda in Sacramentorum explicatione. 105.
Articul. XXXVIII. Primum caput. Quid sit signum, Et quamobrem Deus res penitus Vulgares

gares in constituendis Sacramentis delegerit. 105 B
Articul. XXXIX. De illorum errore, qui substantiam signorum abolent in Sacramentis. 107
Articul. XL. De mutatione rerum corporalium in Sacramentis. 107. B
Articul XLI. Vnde proficiscatur mutatio rerum, quę in sacramentis adhibentur. 108. B
Articul. XLII Mutationẽ hanc nõ essę perpetuã. 109
Articul. XLIII Cap. II. De re ipsa Sacramentorum. 110.
Articul. XLIIII Cap. III. Quomodo res ipsa, Idest Iesus Christus, dicatur cũ signis coniungi. 110. B
Articul. XLV, Distinctio Signorum & Rei. 111. B
Aticul. XLVI Cap IIII. Quomodo tum signa, tum res ipsas percipiamus. 112.
Articul. XLVII. Applicatio superioris doctrinę ad Baptismi Sacramentum. 114.
Articul. XLVIII De Infantum Baptismo. 117.
Adulti ante perceptionem Sacramentorum explorandi sunt. 118. B
Articul. XLIX. Cur Baptismus non reiteretur. 119. B
De Baptismo Pap starum. 120.
Articul. L. Applicatio superioris doctrinę de Sacramentis ad Cœnam Domini. 121.

Analo-

Analogia Rei & signorum in Cœna. 124.
Articul LI. Conclusio rei Sacramentarię. 127. B
Articul. LII. Cur Spiritussanctus vocetur Paracletus, Et quis afflictionum nostrarum vsus. 128.

DE ECCLESIA.
CAPVT. V.

Articul. primus. Semper fuisse & fore aliquam Ecclesiam, extra quam non sit salus. 129.
Articul. II. Vnam dumtaxat veram esse Ecclesiam. 130.
Articul. III. Cur Ecclesia Catholica vocetur. 130.
Articul. IIII. De Sanctorum communione. 131.
Articul V Ecclesiam vnum dumtaxat caput habere, quod nullo socio, neq; successore, neq; vicario indigeat. 131. B
Articul. VI. Communicationem Sanctorum non impedire, quo minus varij sint munerum ecclesiasticorum gradus. 132. B
Articul. VII. De Signis, quibus vera Ecclesia dignoscitur ab adulterina. 133. B
Articul. VIII. De veris Ecclesię membris.
Articul IX, Signa Ecclesię non esse semper in eodem statu siue gradu. 137.
Articul. X De authoritate Ecclesię. 139.
Articul. XI. De Synodis particularibus, ideſt prouincialibus

uincialibus, vel nationalibus, quas vocant. 140
Articul. XII De Ministerijs Ecclesiasticis, & speciebus ordinariarum functionum in Ecclesia legitime constituta. 140. B
Articul XIII De munere Apostolorum, Euangelistarum & Prophetarum in primitiua, quam uocant, Ecclesia. 140. B.
Articul. XIIII De munere pastorum & Doctorum. 142.
Articul. XV De Clauibus Ecclesię. 143.
Articul. XVI. Pastores & doctores esse dumtaxat instrumenta quibus vtatur Deus. 143. B
Articul. XVII Quibus signis distinguantur veri pastores ac doctores, siue Ministri, à falsis. 145.
Articul XVIII De inferioribus ordinibus, quos minores vocant. 147 B
Articul. XIX. De officio Diaconorũ, & erarij Ecclesiastici administratione. 145 B
Articul. XX De ea specie ecclesiasticarum functionum, quę versantur in iurisdictione. 152.
Articul XXI De ordine actionum in presbiterorũ senatu vel collegio. 153
Articul. XXII De discrimine iurisdictionis Ecclesiasticę & politicę 155. B
Articul XXIII. Quis sit scopus iurisdictionis Ecclesiasticę.

siastico, & quæ ipsius partes 157.
Articul. XXIIII. De partibus officij Presbyterorum. 158. B
Articul. XXV. De confirmatione electorum ad Ministeria ecclesiastica 160.
Articul. XXVI De ea parte iurisdictionis Ecclesiæ, que ad correctiones spectat. 161
Articul. XXXVII De Excõmunicatione, Quid sit, Et quis sit ipsius rectus & legitimus usus. 163. B
Articul. XXVIII. Qui sint fines excommunicationis. 167.
Articul XXIX De Matrimonio & Cœlibatu. 167. B
Votum perpetuæ continentiæ. 170
Articul XXX. De Iunio 171.
Articul. XXXI De dierum & ciborum delectu. 171
Articul. XXXII. De christiani Magistratus officio 174.
Articul. XXXIII. De obedientia, que Magistratibus debetur. 175. B

CAPTVT VI.

De vltimo iudicio. Quid sit nobis credendum & sperandum de venturo vltimo iudicio. 176.

SYMBOLVM ATHANASIJ Episcopi.

QVicunq; vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisq; integram inuiolatamq; seruauerit, absque dubio in æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & trinitatem in vnitate veneremur. *Prima pars de Trinitate.*

Neq; confundentes personas, neque substantiam separantes

Alia est enim persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti.

Sed Patris & Filij & Spiritus sancti vna est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.

Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus & vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij, sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed vnus est Dominus.

Quia sicut singilatim vnamquamq; personam Deum aut Dominum confiteri

confiteri Christiana veritate compellimur:

Ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres patres: vnus Filius, non tres filij: unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus:

Sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, & trinitas in unitate, & unitas in trinitate ueneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat.

Secunda pars de incarnatione Filij.

SEd necessarium est ad æternam salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur, quòd Dominus noster Iesus Christus, Dei filius, Deus & Homo est.

Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, & Homo ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & Homo, non duo tamen sed unus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nam

Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad Inferos, tertia die resurrexit à Mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis:

Et reddituri sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt ibunt ad uitam æternam, qui vero mala in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit.

TIFFEN® Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Secunda pars de incarnatione Filij.

SEd necessarium est ad æternam salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur, quòd Dominus noster Iesus Christus, Dei filius, Deus & Homo est.

Deus est ex substantia Patris ante secula genitus, & Homo ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & Homo, non duo tamen sed unus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nam

Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo, ita Deus & homo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad Inferos, tertia die resurrexit à Mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis:

Et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt ibunt ad uitam æternam, qui vero mala in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit.

LIBELLVS.

Epistolaris, à pio & doctissimo viro, Heynricho Bullingero, Tygurinę Ecclesiæ in Heluetia pastore fidelissimo & vigilantissimo, prę̃ssis & afflictiss. Ecclesijs in Hungaria, earũdemq; Pastoribus & Ministris transmissus.



ANNO. DOMINI.

M. D. LIX.

AKADÉMIAI KÖNYVTÁR